

00
29

...fusum Et hunc

...fons Ague ordinat
...de Regna Bithyn

...va et dunt hanc cas
...dum acite apper
...appellam. vobis et
...m. anps. hunc. m
...mione ponon et m
...sup confes dunt



RESERVADO

15-29P

Microfilmado

en

5/5/92

Alexander

Oy-10-79.

4971.

E. 7. 10. *

SACRVM

PROVINCIALE CONCILIVM

Olyssipponense secundum, anno à Chri-
sto nato, 1574. Celebratum



Con *vença do Sancto Officio, & Ordinario.*

CCM. PRIVILEGIO REAL.

Acharfe ha em casa de Ioão Lopez liureiro do Señor
Arcebispo. Impresso por Antonio Alvarez; Anno 1589.

RE
15292

SACRVM

PROVINCIALE CONSILIUM
Gubernante Rebus annis
1774. Calendario



Com. de la Cour du Saisir Officié, de l'Oratoire.
Com. RIVILEGIO REALI.
de l'Oratoire de la Cour de l'Oratoire de l'Oratoire.
de l'Oratoire de l'Oratoire de l'Oratoire.

DO M Miguel de Castro, Metropolita-
no Arcebispo de Lisboa, &c. Faze-
mos saber aos que a presente virẽ,
q̃ por sermos informados que ha muito tem-
po que se não imprimirão as Constituições de
ste Arcebisado, & por esta causa auer mui-
ta falta dellas, & as não poderem auer as
pessoas que tem obrigação de as ter, auemos
por bẽ que se imprimão nesta cidade assi &
da maneira que nellas se contẽ, assi as anti-
guas, como as extrauagantes, & Concilio
Prouincial, que vltimamente se celebrou: &
assi mesmo o Calendário das festas, de que
neste Arcebisado se deue rezar, & o Ceri-
monial dos Sacramentos. A qual impres-
são se fará por ordem de João Lopez nosso
liureiro, & por o impressor que elle para
isso nomear. E nenhũ outro liureiro, im-
pressor, ou pessoa algũa, as poderá impri-
mir, nem vender senão o ditto João Lopez,
ou quem elle pira isso escolher. O que assi
mandamos se cumpira em virtude de obedie



eiã, & sobpena de escomunhão ipso facto
incurrenda. E para que na impressão, que
assi mandamos fazer das ditas Constituições
Concilio, & Calendario, & Cerimonial se
não possa acrecentar, nem diminuir cousa al-
gũa alem do que por nos he mandado, &
ordenado, mandamos q̃ lhe seja dado fe, &
credito, sendo cada volume assinado no fim
pello nosso prouisor, & não doutra maneira.
Ao qual mandamos que os assine para que
valbão, & para ello lhe damos nosso poder,
& autoridade: & não se poderá vender ca-
da volume por mais preço do q̃ no fim de ca-
dahum irá taxado, &c. Dada em Lisboa
sob nosso sinal, & sello, aos xxij. dias do mes
de Outubro. Marcos de Mesquita o fez, an-
no de M. D. LXXVII. Theodosio
de Moraes o sobscreu.

O Arcebispo de
Lisboa.

Proui-

Louizam de sua Magestade.

E V el Rey faço saber aos que este alua-
rá virem, que Ioão Lopez liureiro do
Arcebispo de Lisboa me enuiou di-
zer por sua pitição, que o ditto Arce-
bispo queria mādár imprimir as Constitui-
ções de seu Arcebisado, assi as antiguas,
como as extrauagantes primeiras, & segun-
das, & o Synodo Prouincial, que vltimamē-
te se celebrou no ditto Arcebisado, & o
Calendario dos Sanctos, de q̄ se nelle deue
rezar: & o Cerimonial dos Sacramentos,
& as regras do rezar Romano, & o Cerimo-
nial das Missas: o que tudo fora visto, & a-
prouado pello Sancto Officio, & por o dit-
to Arcebispo. E porque as impressões neste
Reyno erão muito custosas, me pedia lhe
côcedesse priuilegio, que nenhũa outra pes-
soa pudesse imprimir os dittos liuros neste
Reyno, nem trazer de fora delle impressos
sob as penas, & pello tēpo que ouesse por
bem. E visto seu requerimento, & o seruiço
de nosso Senhor, que se poderà seguir dos
dittos liuros serem impressos, cy por bem,
& me praz, q̄ pessoa algũa, de qualquer qua-
lidade que seja, não possa por tēpo de dez
annos, que começarão da feitura deste alua-

ra em diante, imprimir, nem vender nenhũ
dos dittos liuros nestes Reynos, & Senho-
rios, nẽ os trazer de fora delles, saluo o dit-
to Ioão Lopez, ou quem para isso seu po-
der, & licença tiuer: & qualquer outra pes-
soa, que durãdo o tẽpo dos dittos dez an-
nos imprimir, ou vèder qualquer dos ditos
liuros em meus Reynos, & Senhorios, ou os
trouxer de fora delles sem sua licença, per-
derã para o ditto Ioão Lopez todos os vo-
lumes, que assi imprimit, vèder, ou trouxer:
& os moldes, & aparelhos com que os fizer:
& alem disso encorrerã em pena de cincoẽ
ta cruzados, a metade para os cattiuos, & a
outra ametade para quem o acusar. E man-
do a todas as justiças, a que este aluara for
mostrado, & o conhecimento pertencer, q̃o
cumprã, & façã inteiramente cumprir, &
guardar como se nelle contem: o qual ey
por bẽ, que valha, & tenha força & vigor, co-
mo se fosse carta feita em meu nome, por
miã sinada, & passada por minha Chancel-
laria, sem embargo da ordenação do segun-
do liuro titulo vinte, que dispoem o cõtra-
to. Frãcisco Nunez de Pauia o fez em Lis-
boa a dez de Junho de 1588. Annos.

R E Y

GEORGIVS ALMEIDA,

ARCHIEPISCOPVS METROPOLITANVS

Olyssipponensis, omnibus huius provincie gradus ecclesiastici viris cœlestē diuini Numinis asilātū,

sempiternamque optat felicitatem.



I T S I Pater misericordiarum Deus, perpetuo sæculorum decursu, Christianæ reipublicæ, præcipua quadã ratione consuluit, eiusque salutem, & accessione carissimã, atque antiquissimã habuit: his tamē miseris, & ipsi ecclesiæ luctuosis tēporibus, quibus tanta facta est morum inclinatio, quasi signum nobis susulit colendæ, atque amplificandæ pietatis, ac diuinæ religionis cettissimū. Cùm enim præceps profligatissimorū hominū temeritas, & effrenata viuēdi licētia in dies adolesceret, non sine causa omnes boni verēbātur, ne diurnitate corroborata in perniciē sanctissimæ Religionis erumperet. At verò, quæ Dei optimi maximi est erga suos providentia, veterem illã, iandiu intermissã, ac propē senescentem tantis malis consulendi, ac providendi consuetudinē longo sane intervallo Christianæ reipub. restituit, atque renouauit.

Gravissimis enim Patribus in præclara Trid.
Synodo cōgregatis eā mentē dedit, vt pro
uincialia Cōcilia solēnibus, statisq; tempo-
ribus celebrāda sapientissimè præciperent.
Fuit ea quidem nunquā satis laudēda con-
suetudo sanctissimis olim Patribus nostræ
Fidei signiferis crebrò vsurpata, quippe
cū ipsi ad captiosas, pestiferasq; opiniōes
euellēdas, omnesq; errorū tenebras dissi-
pandas apposita eam, maximeq; idoneā ef-
se arbitrarentur. Sed nescio quo casu, ni-
mium diu, nec signe magna bonorum mo-
rum iactura, à nostris hominibus intermis-
sa est. Etenim si quis longissimè respiciat
spatium præteriti temporis, & Patrum me-
moriā recordetur vltimā, inde vsque re-
petens, hac vna ratione reperiet obortas in
ecclesia tempestates fuisse sedatas, oppres-
sas hæreses, dissidia extincta, controuersias
de maximis rebus decisas, omnem denique
perturbationem penitus consopitam. Sic
Arij impudens temeritas Niceno concilio
coercita, & repressa est: sic Macedonij impi-
error iugulatus Constantinopolitano: sic
Nestorij compressa petulātia Ephesino: sic
Euthycis, & Dioscori nefaria hæresis confu-
tata Calcedonensi: sic Anthimus, Serius,
eri-

exterique homines ex conuentu Christianorum deterrimi, factiosi, ac turbulenti fuere compressi: atque ex numero piorum hominum commercioq; reiecti, exclusi, exterminati: ne syncera oues eorum contagione lædi, contaminariq; possent. Sic videlicet longo post seculorum decursu perniciosæ hominum perditorum sectæ, ac dissidentes opiniones ad perniciem profligatæ, extinctæ, ac sublata Lateranensi, Lugdunensi, Viennensi, Florentinoq; Concilijs. Sic de mum nostræ ætatis insanæ hæreses refutatæ ac reiectæ Tridétino, & fluxi hominû mores ad seueriorê disciplinâ reuocati. Itaq; quoties vel de maximis rebus cõtrouersis oriebantur, vel exitiosi errores profligatorum hominum pestifero conatu introducebantur, salutaris Conciliorum medicina maturè adhibebatur. Huc tanquam in portum prisci illi Patres colendæ Religionis auctores, ac magistri, ex omni perturbatione temporû perditorû, veluti aduersa, tēpestare reiecti, appellabāt. Huc tiquam ad asylum, ac sacram anchorâ periculosis fluctibus oppressi confugiebant. Hoc perpurgandi Ecclesiæ aream ventilabrum esse arbitrabantur: Hoc paleas à tritico secernabant: eodē

nocentes herbas in dominico agro pululan-
tes ita refecabant, vt ipsa equidē Concilia,
ecclesiæ et aequam sāruli, trito iam sermone,
vsurparentur. Atque ita factum est, vt, hac
Conciliorum crebra per interualla facta re-
petitione, suum ecclesiæ semper nitorem re-
tineret: quin etiam nouus inter offusas tene-
bras splendor illucesceret. Contrā verò,
postquā hęc perpurgandi Ecclesiæ salu-
taris ratio sensim est intermissa, tot hinc in-
de sunt obortæ tempestates, tot concitatae
seditiones, tot capitalium hominum gre-
ges à vera Fide, Religioneque abhorrentiū
inuasere, vt nostra hęc tempora funestis
erroribus, ac pestilenti opinionum varietate
quasi insanis quibusdam fluctibus penē
obruui videantur. Veinam Christiana Res-
pub. sic domesticis careret exemplis, vt ex-
terna petenda essent: sed (quod sine lacry-
mis dici non potest) pleni sunt huiuscemo-
di perturbationum libri, plena est historia,
oppletæ nostræ aures, in armis prouinciæ,
ac regna propè dicam integra, quæ etiam
militum clamore, armorumq; strepitu, pa-
cem nequeunt retinere. Feruens ille splen-
didusq; pietatis ardor in multorum animis
oblanguit: illud diuinarum rerum d. fide-
rium

rium, pro dolor, extinctum est: pro quibus
morum corruptela, licentia, libertas que vi-
uendi inuasere. Cui morbo mortifero, ser-
penti que in dies latius sacro sancta Synodus
Tridentina ut presentissimo remedio occu-
reret, curationem que adhiberet, mirifi-
cam illam Patrum consuetudinem propè
iam extinctam ab injuria oblivionis sanctissi-
mè. liberavit, Conliorum que memoriam
propè inter mortuam renouavit virtute, con-
silio, ratione mirabili ad laudem, & propè
singulari: quò & ea, quæ dissoluta erant, ac
dissipata, connecterentur, & vitijs omnibus
ac licentiæ, libertati que viuendi aditus præ-
cluderetur. Quapropter, ut cætera item
omnia, de cõmuni sententia prudentissimè
sancitum est, ut provinciali Synodo habenda
legitimum omnibus esset provincijs, ac so-
lenne tempus: ut ea quæ vel ad conforman-
dos, & corrigendos mores, nimia que refe-
canda, vel ad sedandas controuersias, pro-
uincialesque; in officio salutaribus institutis
retinendos, atque; ad id genus alia sacrorum
Canonum norma dirigenda pertinerent, hac
maximè ratione constituerentur: & ut ma-
lorum denique omnium non modo nascenti-
bus igni amputarentur, sed omnes etiam
radicum

radicū fibræ penitus, euellerentur. Nos igitur Patrum doctrina, & pietate excellentiū vestigijs piè sanè insistentes, & ecclesiæ præceptis, vt par est, submissè obtemperantes provincialē Synodū superiore anno coegim⁹: quo salutare ea super re editas sanctiones salubriter exequeremur. Quauis enim tota hæc prouincia, singulari Dei beneficio, tranquilla pace perfluatur, Fideiq; splendor, ac Religionis sinceritas in ea in dies enitescant, prouidendum tamen est, ne vlla vitiorum zizania, aduersarij nostri opera, succrescant. Rem igitur hanc toto pectore aggressi, comprouinciales Episcopos euocauimus, & cathedrales ecclesias, per literas, admonuimus, vt suos ad hanc Metropolitanam sedem mitterent procuratores: quò maturè sanè omnes accurrerunt, eos præter, qui iustis, legitimisque de causis adesse nequiverunt. Congregatis deinde omnibus, diuini spiritus auxilio implorato, factis interim crebris sacrificijs, fufisque ad Deū præcibus pro felici huiusce rei, prosperoq; successu, inchoata Synodus, & aliquot Sessionibus, quæ omnino vndetriginta capitibus, continentur, & celebrata, & ex animi sententia est absoluti. In his autem Sessionibus,

nibus, attentè consideratis omnibus, matu-
roque consilio pensatis, adhibito multorū
& literis, & pietate, præstantium virorum
iudicio, tota denique re sapius communi-
cata, ea potissimum statuta sunt, quibus &
diuini Numinis gloria amplificari, & omni-
bus Christi fidelibus, quos hæc cōtinet pro-
vincia, magnum ad æternæ salutis adeptio-
nem afferri posse adiumentum & præsi-
diū videbatur. Vt verò quæ hisce actiōibus per
Episcoporum sententias decreta & sancita
sunt, non cognoscendi modò omnibus fa-
cultas fieret, sed etiam fruendi copia præ-
beretur, oportere visum est, ea typis excu-
dere. Faxit Deus, cuius hæc auxilio inchoa-
ta, & confecta sunt, ita felicem & optabilē
exitum omnia habeant, vt in diuinæ maie-
statis amplitudinem ac gloriam,
ecclesiæque ædificationem,
atq; animarum salutem
& incolumitatem
redundent.

(:):

CAPITA RERVM,

Decretorumque, quę in hac pro-
uinciali Synodo Olyssippo-
nensi continentur.

IN secundum provinciale Consiliũ Olyf-
sipponense præfactio. fol. 1. pag. a.
Interrogatio reuerendissimi Domini Ar-
chiepiscopi, eodem. fol. pag. b.

Fidei Orthodoxę professio & ipsius Metro-
politani, & Coepiscoporum. fol. 2. a. vsq;
ad fol. 10.

Quædam sacrosanctorum Conciliorum ca-
pita initio Synodi recitata cap. 1. fol. 10.
pag. b.

De sacerdotibus, qui sanctis inum Christi
corpus comitaturi sunt, cum ad ægros de-
ducetur. cap. 2. fol. 11. a.

De sacellis apud pagos, qui procul à paro-
chiali ecclesia distant, erigendis: ad san-
ctissimam Eucharistiam ægrotis ministrã-
dam. cap. 3. fol. 12. b.

De celebratione Missarum. cap. 4. fol. 13. a.

De examine Confessariorum, qui conscien-
tiæ casus audierunt. cap. 5. fol. 15. a.

De Confessarijs, quibus stipendium pro cõ-
fessionibus interdictum. cap. 6. fol. 16. b.

- De** Canonicis & beneficiatis muneris confessionū sua spē vacātib. ca. 7. fol. 17. a.
- De** ijs, qui sacris initiatur ordinibus. cap. 8. fol. eodem.
- De** desponsatis. cap. 9. fol. 19. b.
- De** sponsaliorum presentia sacerdotibus evitanda. cap. 10. fol. 20. b.
- De** ijs, qui matrimonio coniuncti id ante denūciationes cōsumāt. c. 11. fol. 21. a.
- De** diligentia ante denūciationes à sacerdotibus adhibenda. cap. 12. fol. 22. a.
- De** observando Motu proprio, super claustra, statuq; Monialium. cap. 13. fol. 24. a.
- De** residentia priorum, & aliorum curatorum cap. 14. fol. 25. b.
- De** facultate ijs negāda, qui se ad literarum studia cupiunt conferre, cum beneficia curāta habent. cap. 15. fol. 26. b.
- De** ijs, qui in examine repulsam tulerunt. cap. 16. fol. 27. a.
- Quo** pacto priores, & Vicarij, aliq; sacerdotes in suis munijs obeundis sese gerere, debeāt. c. 17. fo. eod. b.
- De** doctrina pueris impertienda. cap. 18. fol. 31. a.
- De** puerorum institutione, Seminarijsq; erigendis. cap. 19. eodem. b.

De concionibus habēdis ad populum. cap.
20. fol. 32. b.

De Beneficiatis concionatoribus. cap. 21.
fol. 33. b.

De pœnitentijs ecclesiasticorum præcepto-
rum transgressori imponendis. cap. 22.
fol. 24. a.

De ijs, qui propria loca in ecclesijs vsurpāt.
cap. 23. fol. 35. a.

De ecclesiasticis liberos domi alentibus.
cap. 24. fol. eodem. b.

De fœminis, quæ se publicè verberant. cap.
25. fol. 36. b.

De ijs, qui pernoctare solēt in templis. cap.
26. fol. 37. a.

De fœminis, qui se prostituūt. cap. 27. fol.
39. a.

De ijs, qui ad remotas ecclesias in collibus,
campisq; sitas cum scandalo peregrinā-
tur. cap. 28. fol. 40. a.

De congrua modulandi ratione in quibus-
dam diuinis officijs cum cantu persol-
uendis. cap. 29. fol. 41. a.

IN SECVNDVM
PROVINCIALE
CONCILIVM
Olyssipponense
præfatio.



ACRVH PRO
uinciale cōciliū Olyf-
sipponense secundum
habitum est in maio-
ri Ecclesia Deiparæ
Virgini Mariæ dicata,
Dominica quarta qua-
dragimæ, primo & vicesimo die men-
sis Martij, Pontificatus sanctissimi Do-
mini nostri, Domini Gregorij Papæ de-
cimi tertij anno secundo, præsidente il-
lustrissimo, ac reuerēdissimo Domino
Georgio Almeida Archiepiscopo Pro-
uincie metropolitano, de consilio, & as-
sensu reuerendissimorū in Christo Pa-

A **trum:**

FIDEI PROFESSIO

trum: Gasparis Casarij Leiriensis, An-
dræ Noronnæ Portalegrensis, Emma-
nuelis Menesij Lamecensis, ac Hiero-
nymi Barretti Funcialensis, comprouin-
cialium Episcoporum; coram magno
& clericorum, & religiosorum, prima-
riorumq; virorum cōuentu, anno à Na-
riuitate Domini nostri Iesu Christi,
M. D. LXXIIII.

INTERROGATIO

*Reuerendissimi Domini Ar-
chiepiscopi.*



Acrificijs rite peractis, re-
liquos Episcopos reuerē-
dissimus metropolitanus
in hunc modum interro-
gavit: Placētne vobis, re-
uerendissimi Patres, vt ad laudē & glo-
riam sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis,
Patris, & Filij, & Spiritus Sācti, ad Chri-
stianæ religionis argumētum, & vobis
pro-

SYNODI OLYSSI.

provinciæ reformationem, hoc provin-
 ciale concilium legitimè congregatum
 ab hac die aperiatur, atq; in eo tracten-
 tur ea, quæ sacrosanctum œcumenicū,
 & generale concilium Tridentinum su-
 perioribus annis decrevit: ea deniq;
 statuatur, quæ ad rectam viuendi viã
 pertinere videbuntur? Responderunt:
 Placet.

Sess. 24. de
 Refor. c. 2

DE FIDEI ORTHODO-

xe professio.



IN NOMINE SAN-
 ctæ, & indiuiduæ Trinita-
 tis, Patris, & Filij, & Spiritus
 Sancti, hæc sacra pro-
 vincialis Olyssipponensis
 secunda Synodus, illustrissimo, ac reue-
 rendissimo Domino Georgio Almei-
 da Olyssipponensi Archiepiscopo, ac
 provinciæ metropolitano præidente,

FIDEI PROFESSIO

de consilio, & assensu reuerendissimorum Patrum comprouincialium Episcoporum, ritè iuxta canonicas sanctiones congregata, cùm ea de causa coactam se planè agnoscat, vt, quæ ecclesiarum, & personarum ad se pertinentium interesse nouerit, omni cum diligentia statuatur, cõsciaq; sibi sit, primum fundamentum Christiani ædificij Fidè esse (sine qua impossibile est placere Deo) cui etiam annexa esse debet eiusdem Fidei confessio, vt qui corde credimus ad iustitiam, ore etiam confitemur ad salutem : Fidei professionem, atq; in sanctæ Romanæ Ecclesiæ obedientiam sub iurciurando sponsonem, secundum Bullæ formam sanctissimi domini felicis recordationis Pij Papæ quarti, ita præmisit:

Cõci. Tri.
seis. 3. in
dec. eto. c.
symbolo
Fidei.

PRimum enim illustrissimus, ac reuerendissimus Dominus Archiepiscopus Metropolitanus Pontificibus

calibus indumentis ornatus, dictamq;
 sanctissimi Domini Bullā in manibus
 habens, coram omnibus, clara voce, in
 manibus reuerendissimi Episcopi Lei-
 riensis Antistitum huius provinciae an-
 tiquissimi, professionem Fidei iuxta il-
 lius formam sic emisit.

Ego Georgius Olyssipponensis Ar-
 chiepiscopus, & provinciae Metro-
 politanus firma fide credo, & pro-
 fiteor omnia, & singula, quae continen-
 tur in Symbolo Fidei, quo Sancta Ro-
 mana Ecclesia utitur, videlicet: Credo
 in vnum Deum, Patrem omnipotentē,
 factorem caeli & terrae, visibiliū omniū,
 & inuisibiliū. Et in vnum Dominum
 IESVM CHRISTVM, filium
 Dei vnigenitum, & ex Patre natum an-
 te omnia secula. Deum de Deo, lumen
 de lumine, Deum verum de Deo ve-
 ro: genitum, non factum, consubstantia-
 lem Patri, per quem omnia facta sunt.

FIDEI PROFESSIO

Qui propter nos homines, & propter
 nostram salutem descendit de caelis, &
 incarnatus est de Spiritu Sancto, ex
 M A R I A Virgine: ET HOMO
 FACTVS EST. Crucifixus etiã
 pro nobis sub Pontio Pilato, passus, &
 sepultus est. Et resurrexit tertia die se-
 cundum Scripturas. Et ascendit in cae-
 lum, sedet ad dexteram Patris. Et ite-
 rum venturus est cum gloria iudicare
 viuos, & mortuos: cuius regi non erit
 finis. E in Spiritum sanctum, Domi-
 num, & Viuificantem, qui ex Patre, Fi-
 lioq; procedit. Qui cum Patre, &
 Filio simul adoratur, & conglorifica-
 tur, qui locutus est per Prophetas. Et
 vnam sanctam catholicam, & Apосто-
 licam ecclesiam. Confiteor vnum Ba-
 ptisma in remissionem peccatorum.
 Et expecto resurrectionem mortuo-
 rum, & vitam venturi seculi. Amen.
 Apostolicas, & ecclesiasticas traditio-
 nes, reliquasq; eiusdem ecclesiae obser-
 uatio-

uationes, & constitutiones firmissimè
admitto, & amplector. Item sacram
Scripturam iuxta eum sensum, quem
tenuit, & tenet sancta mater ecclesia,
cuius est iudicare de vero sensu, & in-
terpretatione sacrarum Scripturarū,
admitto: nec eam vnquam, nisi iuxta
vnanimem cōsensum Patrum, accipiam,
& interpretabor. Profiteor quoque se-
ptem esse verè, & propriè Sacramen-
ta nouæ legis à IESU CHRISTO,
Domino nostro instituta, atq; ad salu-
tem humani generis, licet non omnia
singulis, necessaria: scilicet Baptismum,
Confirmationem, Eucharistiam, Pœ-
nitentiam, Externam Vnctionem, Or-
dinem, & Matrimonium: illaq; gra-
tiam conferre. Et ex his Baptismum,
Confirmationem, & Ordinem sine sa-
cilegio reiterari non posse. Receptos
quoq; & approbatos ecclesiæ catho-
licæ ritus in suprâ dictorum omnium Sa-
cramentorū solenni administratione re-

FIDEI PROFESSIO

cipio, & admitto. Omnia, & singula,
 quæ de peccato originali, & de iustifi-
 catione in Sacrosancta Tridentina Sy-
 nodo definita, & declarata fuerunt, am-
 plector, & recipio. Profiteor pariter in
 Missa offerri Deo verum, proprium,
 & propitiatorium sacrificium pro vi-
 uis, & defunctis: atq; in sanctissimo Eu-
 charistiæ sacramento esse verè, reali-
 ter, & substantialiter corpus, & sangui-
 nem vnà cum anima, & diuinitate Do-
 mini nostri, **I E S V C H R I S T I**:
 fieriq; conuersionem totius substantiæ
 panis in corpus, & totius substantiæ vi-
 ni in sanguinem: quam conuersionem
 catholica Ecclesia Transubstantiatio-
 nem appellat. Fateor etiam sub altera
 tantum specie totum, atq; integrum
C H R I S T V M, verumq; sacramen-
 tum sumi. Constanter teneo Purgato-
 rium esse, animasq; ibi detentas fide-
 lium suffragijs iuari. Similiter & san-
 ctos vnà cum **C H R I S T O** regnã

tes, venerandos, atq; inuocandos esse, eosq; orationes pro nobis Deo offerre, atq; eorum reliquias esse venerandas. Firmiter assero imagines Christi, ac Deiparæ semper virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse, atq; eis debitum honorem, ac venerationem impartendam. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumq; usum Christiano populo maximè salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium ecclesiarum matrem, & magistram agnosco: Romanoq; Pontifici beati Petri Apostolorum Principis successori, ac I E S V C H R I S T I Vicario veram obedientiam spondeo, ac iuro. Cætera item omnia à sacris canonibus, & œcumenicis cōcilijs, ac præcipuè à sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atq; profiteor, simulq;

FIDEI PROFESSIO

contraria omnia, atq; hæreses quascūq;
 ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & a-
 nathematizatas ego pariter dāno, reij-
 cio, & anathematizo. Hanc veram ca-
 tholicam Fidem, extra quam nemo sal-
 uus esse potest, quam in præsentī spō-
 te profiteor, & veraciter teneo, ean-
 dem integram, & immaculatam, vsq;
 ad extremum vitæ spiritum constan-
 tissimè (Deo adiuuante) retinere, & cō-
 fiteri, atq; à meis subditis, vel illis, quo-
 rum cura ad me in munere meo spe-
 ctabit, teneri, doceri, & prædicari, quā-
 tum in me erit, curaturum. Ego idem
 Georgius, Olyssipponensis Archiepis-
 copus, & prouinciæ metropolitanus
 spondeo, voueo, ac iuro: sic me Deus
 adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

¶ Deinde reuerendissimos Patres pro-
 uinciæ coepiscopos intuens, iuxta eius-
 dem Bullæ tenorem, eādemq; verborū
 formula, ad hunc modū interrogauit.

SYNODI OLYSSI.

Reverendissimi Patres, firma fide creditis, & profitemini omnia, & singula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo sancta Ecclesia utitur, videlicet: credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilem omnium, & invisibilem. Et in unum Dominum IESUM CHRISTUM, Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia secula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, ET HOMO FACTUS EST. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas. Et ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus

FIDEI PROFESSIO

rns est cū gloria iudicare viuos, & mor-
 tuos, cuius regni non erit finis. Et in Spi-
 ritum Sanctum Dominum, & Viuifi-
 cantem, qui ex Patre, filioq; procedit:
 qui cum Patre, & filio simul adoratur,
 & conglorificatur, qui locutus est per
 Prophetas. Et vnā sanctā, Catholi-
 cam, & Apostolicam Ecclesiam. Con-
 fiteor vnum Baptisma in remissionem
 peccatorum. Et expecto resurrectio-
 nem mortuorum. Et vitam venturi se-
 culi, Amen? Respondit vnusquisq;
 ita credo, & profiteor.

Cōci. Tri.
 sess. 4. de
 creto de
 Canonicis
 scriptu.

Firmissimè admittitis, & amplecti
 mini Apostolicas, & Ecclesiasticas
 traditiones, reliquasq; eiusdem ec-
 clesie obseruationes, & constitutio-
 nes? Respondit vnusquisq;
 firmissimè admitto,
 & amplector.

§§§§§

§

tro

✠ INTERROGAVIT

Archiepiscopus.



ADMITTITIS ITEM

sacram Scripturam iuxta eum sensum quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scripturarum, nec eam unquam nisi iuxta unanimum consensum Patrum accipietis, & interpretabimini: Respondit unusquisque;

Cōci. Trl. scs. 4. in decreto de editione & usu sacr. librorum.

admitto, & sic accipiam, & interpre-



✠ INTERROGAVIT

Archiepiscopus.



Profitemini

FIDEI PROFESSIO

Cōci. Tri.
 sess. 7. de
 sacramen.
 Can. 1. &
 sequētibz



ROFITEMINI
 quoq; septem esse ve-
 re, & proprie sacra-
 menta nouæ legis à
 IESV CHRISTO,
 Domino nostro insti-
 tuta, atq; ad salutem

humani generis, licet non omnia singu-
 lis necessaria, scilicet: Baptismum, Con-
 firmationem, Eucharistiam, Pœnitenti-
 am, Extremam Vnctionem, Ordinē,
 & Matrimonium: illaq; gratiam confer-
 re. Et ex his Baptismum, Confirma-
 tionem, & Ordinem sine sacrilegio rei-
 terari non posse: Respondit vnusquisq;
 profiteor.

Cōci. Tri.
 sess. 7. Ca-
 non. 13.

¶ Recipitis, & admittitis receptos quoq;
 & approbatos ecclesiæ catholicæ ritus
 in suprâ dictorum omnium sacramen-
 torum solenni administratione: Respo-
 dit vnusquisq;: recipio, & admitto.

¶ Amplectimini, & recipitis omnia, &
 iungu-

¶ Singula, quæ de peccato originali, & de justificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt? Respondit vnusquisq; : amplector, & recipio.

Ses. 5. in decreto de peccato originali & ses. 6. in decreto de iustitia. in p. 11.

Cōci. Tri. ses. 22. c. 2. & ses. 3. c. 1. & sequentibus.

¶ Profitemini pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium pro viuis, & defunctis, atq; in sanctissimo Eucharistiæ sacramento esse verè realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem vnà cum anima, & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fieriq; conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, quam conuersionem catholica ecclesia Transubstantionem appellat? Respondit vnusquisq; : profiteor.

¶ Fatemini etiã sub altera tantùm specie totum, atq; integrum Christum, verumq; sacramentum sumi? Respondit vnusquisq; : fateor.

Cōci. Tri. ses. 13. c. 1. & can. 2.

¶ Con-

FIDEI PROFESSIO

Cōci. Tri.
sels. 25. in
decreto de
Purgator.

¶ **C**onstanter tenetis Purgatorium esse, animasq; ibi detentas fidelium suffragijs iuuari: similiter & sanctos vnâ cū Christo regnantes, venerandos, atq; inuocandos esse, eosq; orationes Deo pro nobis offerre, atq; eorum reliquias esse venerandas? Respondit vnusquisq;: cōstanter teneo.

Cōci. Tri.
sels. 25. in
decreto de
inuoca. ve
ner. &c.

Cōci. Tri.
vbi supra.

¶ **F**irmissimè asseritis imagines Christi, atq; Deiparæ semper virginis, nec non aliorum sanctorum habendas, & retinendas esse, atq; eis debitum honorem, atq; venerationem impertiendam? Respondit vnusquisq;: firmissimè assero.

Cōci. Tri.
sels. 25. in
decreto de
indulgen-
tijs.

¶ **A**ffirmatis Indulgētiarum etiam potestatem à C H R I S T O in Ecclesia relictâ fuisse, illarumq; vsum Christiano populo maxime salutarem esse? Respondit vnusquisq;: affirmo.

Agnosci-

¶ Agnoscitis sanctam catholicam, & apostolicam Romanam Ecclesiam omnium ecclesiarum matrem, & magistram? Respondit vnusquisq; agnosco.

Cōci. Tri.
sess. 25. in
decreto de
delectu ci-
borum, &
Sess. 25. c. 8

¶ Romanoq; Pontifici beati Petri A-
postolorum principis successori, et
I E S V C H R I S T I Vicario
veram obedientiam spondetis, ac iu-
ratis? Respondit vnusquisq; spon-
deo, ac iuro.

Cōci. Tri.
Sess. 25. c. 2

¶ Indubitanter recipitis, atq; profite-
mini cætera item omnia à sacris Ca-
nonibus, & œcumenicis Concilijs, ac
præcipue à sacrosancta Tridentina
Synodo tradita, definita, & declara-
ta? Respondit vnusquisq; indubitan-
ter recipio, atq; profiteor.

Cōci. Tri.
vbi supra.

¶ Simulq; contraria omnia, atq; hæ-
reses

Cōci. Tri.
vbi supra

FIDEI PROFESSIO

reses quascunq; ab ecclesia dānatas,
& reiectas, & anathematizatas pari-
ter damnatis, reijcitis, & anathemati-
zatis? Respondit vnusquisq;: damno,
reijcio, & anathematizo.

¶ Catholicam Fidem, extra quam no-
mo saluus esse potest, quam in præ-
senti sponte profitemini, & veraci-
ter tenetis, eandem integram, & in-
uiolatam, vsq; ad extremum vitæ spi-
ritum constantissimè (Deo adiuuan-
te) retinere, & confiteri, atque à ve-
stris subditis, vel illis, quorum cura
ad vos in munere vestro spectabit,
teneri, & doceri, & prædicari, quan-
tum in vobis erit, curaturos, sponde-
tis, voueris, iuratis? Respondit vnus-
quisq;: ego idem N. spondeo, vo-
ueo, ac iuro: sic me Deus ad-
iuuet, & hæc sancta Dei

Euangelia.

Quæ

DECRETA: 10

¶ *Quædam sacrosanctorum Conciliorum
capita in initio Synodi recitata.*

Capit. I.

§



Perta Synodo, nihil
prius visum est faciē
dū, quam vt decre-
ta, quæ in sacris Pro-
uincialibus concilijs
olim pronūciari ius-
sa fuerant, ea publi-

cè, ac solēniter recitarentur: quædam
potissimum sacrosanctæ Synodi ge-
neralis Tridentinæ, quæ diuino qui-
dem lumine illustrata, sacra concilia
Prouincialia celebrari denuo præce-
pit, quēmadmodum prioribus nascē-
tis ecclesiæ Christianæ seculis solita
erant recitari: Tridentinæ, inquam,
Synodi capit. 2. de reformatione,
Sess. 24. quod incipit. Prouincialia: &

Sess. 29.
cap. 1. ad
nem.

B 2 cap.

SYNODI OLYSSI.

Capit. 1. Sess. 6. cuius initium est : eadem sacrosancta: deniq; capit. 1. de reformatione, sess. 23. quod incipit, cum præcepto diuino.

¶ *De Sacerdotibus, qui sanctissimum Christi corpus comitaturi sunt, cum ad ægros deducetur.*

Capit. 2.



Vpiens sacra Synodus sanctissimo Corporis Christi sacramento debitam exhiberi reuerentiam, sancit, vt quoties à templo Maximo, alijs ve cathedralibus ecclesijs ad ægros erit deferendum, duo sacerdotes de Capitulo cum superpellicijs ad sacerdotis CHRISTI Corpus de
por-

portantis, adiutorium se se comites adiungant: qui tū cundo, tum redeūdo sacerdotem comitabuntur, donec ecclesiam, vnde exijt, tandem ingrediatur. Si autem prædictis ecclesijs ita copiosus Capellanorum suppetat numerus, vt necessarij peragendis officijs in Choro remanere possint, de illis itidem duo eodē modo Christi Corpus tandiu comitari debebūt, quoad ecclesiam ingrediatur.

¶ Vbi verò consuetudo laudabilior habet, vt Capitulares, vel Clerici plures duobus sacrum C. H. R. I. S. T. I. Corpus comitentur, ea sanē teneantur: nec enim decreto hoc tam sanctæ consuetudini aliquid volumus derogare.

¶ Idem prorsus ab ecclesiarum collegiatarum Capitularibus, vel Beneficiatis

ficiatis per omnia seruabitur: quibus-
cunq; titulis seu nominibus nuncu-
pentur.

¶ In ecclesijs Portionistarum, seu mi-
norum Beneficiatorum saltem vnus
ex eorum numero sacerdotem Cor-
pus C H R I S T I deferentem sem-
per comitabitur, & vnà cum eo in ec-
clesiam redibit.

¶ Siquid temporis autem dicti Capi-
tulares, Capellani, Beneficiati, & Por-
tionistæ in illo occupati comitatu po-
suerint, perinde quasi præsentem ad-
fuerint, choroq; ad stiterint, ab omni
prorsus pœna, multatave immunes
existimentur.

¶ Alijs in ecclesijs, vbi, excepto Prio-
re, Vicario perpetuo, temporaliq; Cu-
rato, versantur alij sacerdotes, etiam
non Beneficiati, prædictis autem ec-
clesijs adscripti, eorū vnus, quemad-
modum superius dictum est, sacro
comita-

comitatuū, atq; adeo angelico officio
interesse tenebitur: præclarumq; id
munus, nisi legitima fuerit causa im-
peditus, diligenter explere, atque ab-
soluere.

¶ De sacellis apud pagos, qui procul à pa-
rochiali ecclesia distant, erigendis: ad
sanctissimam Eucharistianam
ægrotis ministrandã.

Capit. 3.

§§



E parochiani, qui in
agris vitã agūt ab ec-
clesijs seiuncti, absq;
sanctissimi Christi
corporis viatico vn-
quam decedant: nè
ve parochi in angu-
stis, & parum ornatis illorum domi-
bus rem diuinam facere cogantur,

SYNODI OLYSSI.

Archiepiscopus de consilio, & assensu
 Episcoporum sancit, ut intra pagos, aut
 certe in proximo, ubi agricolæ quæ-
 miniam quæ in decem simul habitauer-
 rint, Prouinciæ Ordinarij per se, vel
 per suos Visitatores erigi faciant, re-
 parari, & conseruari, parochianorum
 scilicet expensis, sacella seu oratoria
 iusta, conuenientisq; magnitudinis,
 ubi & sacrum Missæ fieri, & Corpus
 Domini indidem, qua decet veneratione,
 ad ægrotos possit à Parochis
 deportari.

¶ Siqua tamen reperta fuerint orato-
 ria, vel erimitoria à pagis procul di-
 stincta, eosq; attingentia, ea cum suis
 inuocationibus, seu denominationi-
 bus, eū iuribus, pertinētibus, & quibus
 uis oneribus adiunctis, in eū locum,
 ubi alia, ut est suprædictum, essent
 erigenda, quam primum transferan-
 tur.

eur: atq; ibi pro Ordinarii, ad quem loci illius cura pertinebit, arbitrio rursus ædificentur: Tridentini tamen concilij, in quo de ecclesijs vetustate collapsis, earumq; instauratione agitur, ac præcipitur, forma egregiè seruata. Huiusmodi autem sacella, & eremitoria siue erigendi, siue instaurandi facultas gratis concedatur, fiatq; gratis.

Sess. 25^o
cap. 7^o

De celebratione Missarum.

Cap. 4.



VSTISSIMIS de causis olim Patres sanxerunt, vt sacerdoti, præsertim dominicis diebus, festisq; solennibus, viuificam Hostiam oblaturo, ministrum alij, vtpote Diaconus, & Subdiaconus,

B 5 nus,

SYNODI OLYSSI.

uus, Acólýti, Thuribulariusq; assiste-
rent, interimq; à sacra ara nullo mo-
do recéderent. Cùm id autem vel ob
incuriam Antistitum, vel potius mi-
nistrotum ignorantiam uonnullis lo-
cis minimè seruetur, sacra Synodus
decernit, vt post hac pristina illa, præ-
claraq; consuetudo vigeat, & in suo
robore omnino permaneat: prædi-
ctiq; ministri se ab altari ne subdu-
cant, nec minimum temporis inter-
uallum absint, sed in tanti mysterij ce-
lebratione suas quisq; partes sedulò
agat. Ad Episcopum nihilo minus, vt
in more est positum, accedent, quò
præuiam cum ipso confessionem di-
cant. Kyrie eléison, Gloria, Credo,
Sanctus, Agnus Dei recitent: atque
alia huiusgeneris necessaria pèragât.

¶ Quod attinet ad serenissimum Do-
minum ac Regem nostrum, illosq;
qui

qui intra cortinam cum ipso continētur, pristina huius regni consuetudo teneatur. Licebit etiam pacis osculū Regulis, Dynastis seu Magnatibus præbere, solitoq; thuris honore eos afficere: pontificalis tamen Missalis Romani ordinarij regulis rite seruatis: cōtrarijs quibuslibet prauis cōsuetudinibus, vel potius corruptelis penitus remotis, & non obstantibus.

¶ Ordinarium, seu regimen, quod à felicis recordationis Pontifice Max. Pio. 5. de celebratione Missarū nuper editum est, inuiolatè seruetur. Sacri igitur Missæ facturi sacerdotes eorūmq; administri obseruēt, & caueāt ne sacras vestes, nisi locis in eodem regimine designatis, induantur.

¶ Nā in parentum, vel amicorū ædes sacra ornamenta comportari, & inde cū pōpa ad templū venire (quod quidem

SYNODI OLYSSI.

quidem parum religiose fieri nonulis locis consuevit, cū ab aliquo sacerdote primum Missæ sacrificium Deo offerendum est) prorsus aboleatur. Quia tamen piorū hominū mentes publicis supplicationibus nō mediocriter solent ad spiritualem lætitiā excitari, fas erit sacras vestes in templa, sacella, oratoria publica vel crematoria deferri, quoties ob eam ipsam causam opus fuerit, vnde noui sacerdotes, aliq; ministri illis induti, cum populo ordinata pompa ad templum, vbi diuinis rebus operanda est, rectā pergant.

¶ Quòd si nullus circa priuatas ædes locus existat cultui diuino sacer, tūc in sacristijs ecclesiarū, vbi res diuina facienda erit, sacerdotes sacris vestibus adornari vel intra, vel extra, prope tamen ecclesiam, cum pompa
pro-

procedēt, continuoq; ad sacrificium
sanctissimæ Hostiæ peragendum re
uertentur.

¶ *De examine Confessariorum, qui cons-
cientiæ casus audierunt.*

Capit. 5o



Confessarij, non illi
quidem Theologiæ,
aut canonici iurisper-
iti, sed conscientiæ
(vt aiunt) casibus in-
structi, ad subeundū
examen quoq; biennio veniant, vt sa-
cras confessiones audiendi facultatē
à suis Ordinarijs obtineant in forma
concedendam. Quocircà si biennio
exacto id minime præstiterint, de-
nuoq; obtinuerint facultatē, eo ipso
abrogata censeatur. Verūtamen ab
Episcopo semel approbati, tādīu dein-
ceps

SYNODI OLISSI.

ceps aliorum sacerdotum confessiones poterunt excipere, quoad ipsorum Ordinarius aliud decernet.

De confessarijs, quibus stipendium pro confessionibus interdicitur.

Capit. 6.



Acra Synodus (attenta & considerata rei indignitate) in virtute sanctæ obedientiæ, sub pena excommunicationis, personæq; in publico ecclesiastico carcere comprehensionis, & alterius cuiuscunque animaduersionis ac pœnæ arbitrio Episcopi imponendæ, nec aliunde quàm è vinculis pertoluendæ, præcipit omnibus, & singulis prouinciæ sacerdotibus, vt neque in ecclesijs, neque locis alijs, vbi sacras audiunt confessiones, nihil omnino à si-

bi confessis exigant, nihil etiam gratis oblatum accipiant, sub quocunq; nomine, titulo, aut fictione simulationeue gratis oblatis muneris afferatur. Idē quoq; præcipit diligēter, sanctēq; seruandu dictis locis, & tēporibus in virtute sanctæ obediētiæ pœnitentibus vniuersis, vt eodē modo caueant ne vllū omnino munus, cuiuscunq; sit generis, donent, offerant ūe sacerdotibus ob cōfessionis ministerium, quocunq; id nomine, aut prætextu etiā gratis, spontēve oblatis impēdatur.

¶ Optans eadē sacra Synodus, decretū hoc tam diligēter ab omnibus, sanctēq; seruari, vt ne minimum quidē eludatur, casum istū in eius trāgressores statutū prouinciæ Ordinarijs, in suos cuiq; subditos, vsq; adeo vult esse reseruatū, vt nemo quisquam possit, nisi speciali eorum commisso-
ne, huius criminis reos absoluerē.

¶ Con-

SYNODI OLISSI.

¶ Confessarijs autem carentibus beneficio, cui munus confessiones audiendi coniunctum sit, cum ipsis ex Episcoporum approbatione, & facultate, id munus obeundum erit, alium de merces ad vitam sustentandam subministrabitur, velex integris huic confessionum muneri assignatis ecclesiarum fructibus, apud quas illi confessionibus audiendis vacabunt: aut de communi stipe, seu collecta populi fidelis, qui eam contribuere tenetur: vel ex Visitationum mulctis, & poenis: aut certe de redditibus Episcopi, cum ratione alia ex rebus nunc designatis non poterit de congrua ad sustentationem proportione Confessarijs provideri.

¶ Ut autem nullus eorum, quos decretum huius nodi contingit, quod ipsum ignoravit, ullam possit excusationem pretendere, statuit sacra Synodus

nodus

modus vt in prouinciæ parochijs vni-
 uerſis ipſum hoc decretum, atq; præ-
 ceptum quater per annos ſingulos fre-
 quente populo publicetur. Ad hæc
 Viſitatores, dum diocèſim viſitando
 quotannis luſtrant, de hoc decreto
 violato quærent diligentius. Deinde
 ſi quos eius violatores (quod vtinam
 ne eueniat) fortaliè compèrerint, in
 eos pro culpæ magnitudine, ſeuere
 animaduertant.

**¶ De Canonicis, & Beneficiatis ma-
 neri confessionum ſua ſpon-
 te vacantibus.**

Cap. 7.

Quoniam magni refert in Ec-
 cleſia ſuppeterè conſellarios
 & autoritatis, & fidei orna-
 mentis exultos, ſtatuit ſacra Syno-
 dus, vt quicunq; de Beneficiatis, Cano-
 nicis,

FIDEI PROFESSIO

niciis, cæterisque Dignitatibus pietate,
 & doctrina præditis, in metropolitana,
 aut quavis alia cathedrali, seu col-
 legiata huius prouinciæ ecclesia, in
 qua nimirum ipsi versari soleant, &
 caritate & pietate adducti, ex autori-
 tate Episcopi, & approbatione sacras
 confessiones audiuerint, quandiu isti
 maxime salutari, piæ, atq; utilissimæ
 curæ vacant, in eorum numero, qui
 præsentibus adsunt, Choroq; assistunt,
 habeantur meritò: quotidianasq; di-
 stributiones, & anniuersaria nancis-
 cantur.

¶ *De ijs, qui sacris initiantur ordinibus.*

Capit. 8.

Ses. 2.
 16.

NE præclara rerum honestissimarum initia temporum iniuria obsolescant, utq; Tridectini concilij decretum, quo iubetur qui ordinandi

di

di erunt, certis, ac definitis ecclesijs
 adscribi, integrè seruetur (cuius ini-
 tium est cum nullus debeat ordinari)
 sancit sacra Synodus, vt in literis,
 quæ Chartæ ordinum vocantur, non
 solum declaretur, quas in ecclesias,
 qui ordinati sunt, adscripti fuerint,
 quò sua quisq; munia in illis obirent,
 verum etiam annotetur quemnam
 ad titulum sacris sint initiati ordini-
 bus: utrùm, videlicet, beneficij (cu-
 ius conditio seu qualitas in literis Or-
 dinum necessariò etiam exprimeretur)
 an verò patrimonij, an solius litera-
 turæ (si cum illis forsitan in hoc fue-
 rit dispensatum) an deniq; pensio-
 nis.

¶ Decernit itidè Synodus, vt apud sin-
 gulas parochiales ecclesias tabella que-
 dā pròpalam extet, vbi nomina ordi-
 natorū omniū, qui eisdem ecclesijs

SYNODI OLYSSI.

adscripti, earumq; ministerio destina-
 ti fuerint, conscripta liquidò cernan-
 tur. Si autem vni ecclesiæ adscripti,
 ad alteram parochialis exercendæ cu-
 rationis gratia, aut propter œcono-
 miam in aliquo obtentam beneficio
 transire velint, in illius curationis,
 aut œconomix literis itidem declara-
 bitur, quam in parochiam is primùm
 fuerit adscriptus. Singulis etiam ad-
 scriptis, si fortè (quod absit) à suis ec-
 clesijs abfuerint, notificetur, suiq; of-
 ficij colendi excitentur memoria, ne-
 pe vt in illis adsint, suos ordines exer-
 cendo, & muneribus ad suum cuius-
 que gradum spectantibus fungendo.

¶ Prouinciæ quoq; Ordinarij, aut eo-
 rum Prouisores libellum quendam ha-
 bebunt, in quo tum ij, qui minoribus,
 tum etiam qui sacris ordinibus deco-
 rati sunt, omnes conscribantur: co-

gentq;

gentq; eos, ijs demũ ecclesijs, in quas
 adscripti sunt, opportunè deservire:
 & suos quemq; ordines saltẽ domini-
 cis, & festis diebus cum superpellicijs
 exercere.

¶ Quicumq; autem eorum promoueri
 ad altiores ordines voluerint, testi-
 moniales literas offerent, quibus pla-
 num fiat, suis ecclesijs sedulò, ac fide-
 liter esse famulatos: quæ literæ Paro-
 chorum quoq; manu signatæ & clau-
 sæ autoritatem ac fidem habebunt.
 Illis itaq; exhibitis, & comprobatis (si
 nullum deinde impedimentum obji-
 ciatur) tum deniq; facultatem, qua
 ad sublimiores prouehantur ordines-
 poterunt obtinere.

C. Sci. Tri.
 Sess. 23.
 cap. 5. & 6.
 7. & 13.
 & 14.

¶ De desponsatis.
 Capit. 9.

Cj

Comper

SYNODI OLISSI.

COMPERTVM est com-
 plures animarum salutis, &
 sponsaliorum antea contracto-
 rum negligentes, prima adhuc super-
 stite sponsa, primis necdū solutis neq;
 remissis, tēmere ad secunda, & plura
 etiam sese conferre. Quamobrem
 sponsis omnibus in virtute sanctæ o-
 bedientiæ, & sub excommunicatio-
 nis ipso facto incurrendæ, ac quinq;
 aureorum pœna, præcipit sacra Syno-
 dus, vt utroq; viuento, & primis
 vtriusq; sponsalibus adhuc permanē-
 tibus, nulla nec solutione facta, nec re-
 missione, neuter eorum audeat ad se-
 cunda transire. Quòd si ad hanc ino-
 bedientiam cohabitatio, mutuave cor-
 porum cōmistio accesserit, ecclesiasti-
 cæ iustitiæ Promotoris erit, aduer-
 sus illum, à quo sic delictum consta-
 bit, libellum formare, causamq; pro-
 positam iudicio persequi: delinquens

veró vinculis , vel exílio , pro tanti
sceleris magnitudine erit puniendus.

¶ Præcipit item Synodus in virtute
sanctæ obedientiæ, & sub excommu-
nicatione ipso facto incurrenda , &
quinq; aureorum pœna , ne sponsi
ante matrimonium legitimè contra-
ctum pariter comisceantur: quam po-
cunię summam ij omnes, qui hoc per-
fregerint decretum , dissolvent. Ad
hæc, spõlorum parentes summa ope
nitentur , ne eos domi suæ cohabi-
tare sinant : aliõqui pœnæ duplicati
nostratis aurei cum dimidiato singu-
li subiacebunt.

¶ *De sponsaliorum presen-
tia sacerdotibus
evitanda*

C. 10.

(?)

C. 4

Vfo

VSu venit ut nonnulli inter se
 mutuò spòtalia celebrantes ver-
 ba de matrimonio cōtrahendo
 coram sacerdote proferant, qui saepe
 eos ad præstandam huiusmodi spon-
 saliorum fidem iureiurando adstrin-
 git. Ex quo fit, ut antequàm matri-
 monium planè contrahatur, temerè
 se se carnaliter coniungant, existimã-
 tes, seu potius existimare se fingētes,
 ob sacerdotis, qui sponsalibus inter-
 fuit, præsentiam, matrimonium ne-
 cessariò contractum iri. Quare sa-
 cra Synodus sancit, ut nemo posthac
 sacerdos, sub quinq; nostratum au-
 teorum è carcere ecclesiastico soluē-
 dorū pœna vllis intersit sponsalibus,

¶ *De ijs, qui matrimonio coniuncti,
 id ante denuntiationes
 consummant.*

Cap. II.

ET si Parochis (existente suspicio-
 ne probabili malitiose impediri
 posse matrimonium, si in eccle-
 sijs apertæ fiant denuntiationes) ex
 concilij Tridentini decreto, duobus Sess. 24. de
 tribusve testibus adhibitis, licet non- Refor. c. 2
 nunquam virum & mulierem coniu-
 gio sociare: tamen quia impuris suis
 voluptatibus adstricti, denuntiati-
 bus nec dum absolutis, & cohabita-
 re, & matrimonium consummare nõ
 dubitant (vnde si qua emergant po-
 stea, quæ matrimonium dirimunt,
 impedimenta, sceminis inûritur gra-
 uissimamora domesticæ turpitudinis,
 aliâq; non minima consequuntur in-
 commoda) Præcipit sacra Synodus
 ijs, qui ita matrimonio coniunguntur,
 in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub
 pœna excommunicationis, duorumq;
 aureorum cum dimidiato pijs operi-
 bus applicandorû, vt à cohabitatiõe
 C s prorsus

SYNODI OLYSSI.

profus, & suprà dicti matrimonij
 vsu se tandiu abstineant, quoad in ec-
 clesia, locis temporibusq; consuetis
 requisitæ denuntiationes concludan-
 tur. Ne autem solènes dictæ denun-
 tiationes diutius, quàm par est, pro-
 rogētur, præcipit sacra Synodus Prio-
 ribus, & quibusvis prouinciæ Cura-
 tis, vt post matrimonium prædicto
 modo celebratum, statim tribus do-
 minicis, aut festis diebus illud proxi-
 mē consequentibus, denuntiationes
 (vt mos est) coram populo, etiã à ne-
 mine requisiti, conficiant. Si denun-
 tiandi autem è diuersis parochijs ex-
 titerint, Sacerdos seu curatus, qui eos
 coniuges fecit, curato alterius paro-
 chie contractum iam esse matrimo-
 nium indicabit. Id postquã Parochus,
 alter ille, facta sibi eiusmodi notifica-
 tione, rescierit, confestim tribus do-
 minicis, aut festis diebus proximē se-
 quen-

quentibus, modò dictas denuntiatio-
nes sua in ecclesia perficiendas cura-
bit: nisi Episcopus, iuxtà Tridentini
concilij formam aliter faciendum iu-
dicauerit.

*De diligentia ante denuntiationes à
Sacerdotibus adhibenda.*

Capit. 12.

VT perniciosæ improborū homi-
nū fraudes, & offensæ cohibean-
tur, compluriumq; origo vitio-
rum comprimatur, sacra Synodus sta-
tuit, vt Priores, atq; alij ad quos spe-
ctabit, antequàm in ecclesijs ordina-
rias aggrediatur denūtiationes cōtra
here volētiū, tum ipsos illos qui erūt
denūtiandi, tū eorū patres, matresq;
propria itē loca, vnde sint oriūdi, pe-
nituspernoſcāt: inquirantq; diligēter,
placeat ne proprijs illorū parentibus
coniugium

SYNODI OLYSSI.

coniugium inter suos liberos ineun-
 dum, an non: vt omnibus planè per-
 fectis legitimè perficiantur matri-
 monia.

ET quò omnis simulatio, & dissi-
 mulatio, criminaq; , quæ ex isto-
 rum hominum vitiosa celebra-
 di matrimonij ratione eueniunt, fun-
 ditus tollantur, præfentiq; remedio
 eorum temeritati, & maleficijs occur-
 ratur, eadè sacra Synodus decerint,
 vt in locis prouinciæ vniuersis, qui
 voluerint in matrimonium colloca-
 ri, priùs in facie ecclesiæ se ipsos de-
 nuntiari faciant, non solum in omni-
 bus eius loci, in quo per id tempus
 fuerint, parochijs, verum etiam in
 cunctis, quæ in eo continentur loco,
 vbi natos, vel vnde sese oriundos es-
 se compertum habeant.

Cum autem in hac metropolita-
 na ciuitate propter parochiarum
 copiam,

copiam, vix id seruari posse videatur,
 censet sacra Synodus initam hanc ra-
 tionem diligentissimè fore seruandã.

Q Vicunque in matrimonium
 collocari volent, per tres seu
 festos, seu dominicos dies, in
 sua parochia, audiente populo, ternas
 denuntiationes ecclesiæ ritu calebrã-
 das curabunt. Ad hæc, per ceteras
 vrbis parochias requisitæ denuntia-
 tiones ita fient: Omnes, quæcunque
 in vrbe continentur parochiæ nume-
 ro comprehensæ primùm tripartitò
 diuidantur: deinde primo die, quo de-
 nuntiationes in propria ecclesia ha-
 beri incipiunt, eadem quoque in sin-
 gulis habeantur ecclesijs vnus partis,
 quæ ob denuntiationes eiusmodi ce-
 lebrãdas seorsum assumpta est. Atq;
 ita deinceps in reliquias continuan-
 dis denuntiationibus erit proceden-
 dum: vt, videlicet, in secunda parte
 paro-

SYNODI OLYSSI.

parochiarum ciuitatis, itemq; in ter-
tia, ijsdem ferme diebus illæ fiât, qui-
bus in propria erunt faciendæ.

Traq; vno, & eodem die quas denū-
tiationes & in propria, & in cæte-
ris parochijs fieri curabunt, conclu-
di, terminariq; poterunt. Quòd si in-
fra vnum duntaxat diem per vniuer-
sas vrbis parochias commodè, faci-
leq; consummari queant, id sanè ex
Episcopi decreto fieri licebit.

Postremò, qui in alijs à sua paro-
chijs ita denūtiati existiterint, ij-
demū de huius cæmodi denūtia-
tionibus, vbi oportuit, rite peractis,
Rectorē suū chirographo, literisve il-
lorū manu signatis, qui ipsos ad popu-
lū denuntiauerint, certiorē facere te-
neantur.

*¶ De obseruando Motu proprio Super-
clausura, statuq; Monialium.*

Capit. 13.

Cupiens.

CVpiens sacra Synodus quosdam
 Apostolicas literas ex Motu pro
 prio Pij. 5. Summi Pontificis,
 de numero, victu, & clausura Sancti-
 monialium in monasterijs conseruā-
 da, inuolatè seruari, hortatur omnes
 prouinciæ Ordinarios, vt, iuxta Mo-
 tus proprij formā à sanctimonialium
 Præfectis seruandā, ipsi de monaste-
 riorum numero, de vectigalibus, de
 professis, atq; nouitijs Monialibus, de
 conuersis tā professis quàm non pro-
 fessis, de ministris item, qui tum in-
 trà, tum extrà claustrū cōmorantur:
 de priuatorum officiorum præfectis,
 de summa reddituum, & expēsarum
 in annos singulos: de numero deniq;
 sanctimonialium, quæ cōmodè ac de-
 center in quolibet cœnobio proprijs
 vectigalibus ad victum, & cultū, oēsq;
 necessarios vsus suppetēibus, ali, su-
 stentariq; possint, diligēter cognoscāt.
 Quæ

SYNODI OLISST.

Quæ ubi perspecta, & explorata habuerint Ordinarij, vnâ cum regularibus earundem sanctimonialium superioribus, apud suam quisque diocesim præfiniant certum numerum sanctimonialium, quæ sibi in præsens, atque in posterum alijs, conseruariq; posse videbuntur: neque verò ultra numerum præscriptum vlla amplius in id cœnobium cooptetur.

Porro autem in authenticis, vel aliàs fidem facientibus scriptis, per Abbatistas seu Priorissas, factores, gestores, procuratoresq; cœnobiatorum, ipsi nec sub iureiurâdo de singulorum redditibus, & facultatibus (vt modò dictum est) itidem cognoscant. In ijs autem scriptis item sub iureiurando prædicti omnes expressè ac speciatim indicabunt si quæ famulæ, famuli ve monasterio super-

line offi-

sint officijs non necessarijs occupacionibusq; distenti. Istis itaq; exclusis, necessarij duntaxat ad munera domestica obeunda relinquuntur.

¶ Postremò, iuxta formã litterarũ, de quibus est mentio facta superius, fores omnes, quã vel ab ecclesia ad monasteriũ, vel ab hoc ad ecclesiã patet aditus, paterẽve potest, præcipiãt studiose muro conclũdi: dentq; operam, vt vnicuiq; sacrarum Virginum monasterio sit persona aliqua extra cœnobium degens, integra quidẽ fama, & probata fide, cui tum aperiendi, tũ claudendi suo tempore templi ianuã, aliaq; eiusdem cœnobij loca componendi cura demãdabitur: sicut in Motu proprio domini nostri Papæ accurate seruando continetur.

¶ De residentia Priorum, & aliorum
Curatorum. Cap. 14.

D Ob

SYNODI OLYSSI.

O Bnecessariam eorum, qui curam habent animarum in suis ecclesijs presentiam, Priores, Vicarij perpetui, eorumq; Coadiutores, sicuti debent, perpetuo resideant nec ratione vlla absentiam longiori temporis, quam quod ab œcumenico Tridentino concilio, siue Ordinarij Constitutionibus præfinitur, & conceditur, absq; Episcopi consensu sibi metipsis adsumant.

Sess. 23. de
Reform.
cap. 11.

Et quò magis ipsorum vigeat residentia, continuaq; perseuetet, statuit sacra Synodus, vt in Collegiatis ac Beneficiatis prouinciæ ecclesijs, qui punctum in Choro seu onus iniunctum habet multat ad eos, qui nõ interfunt, ij sedulo in libris punctorum vel alijs ad eum vsum destinatis, omnes ac singulos dies describant, quos prædicti animarum curam gerentes à suis parochijs abfuerint.

Si

¶ Si verò beneficiatis ecclesia carue-
ris, & tamen sacerdotes alios benefi-
cio curantes habebit, eorum vnus ex
Episcopi, vel Visitatoris iussu, eo mu-
nere fungetur. Vbi autem solus erit
Curatus, Prior, Vicarius perpetuus,
seu quouis alio nomine nuncupatus,
eius absentiam vicinior Curatus (cui
id negotij ab Episcopo datum erit,)
magna cum cura, atq; diligentia scri-
bet vniuersis, quos abtuerit, diebus
expressis. Itaq; eiusmodi punctato-
res, Visitatoribus rationem punctatorū
quotannis reddent: vt illis, computo
facto, constare possit, quandiu Para-
chorum quisq; ecclesie suae defuerit.
Ad extremum, de multis, vel pun-
ctis, vel deperdita fructuam par-
te non residentium, punctatoribus
ipsis (spectata cura, & labore, quem
in eo munere susceperunt) aliquid
impertietur.

SYNODI OLYSSI.

¶ De facultate ijs neganda, qui se ad literarum studia cupiunt conferre, cum beneficia curata habeant.

Cap. 15.

QUONIAM intellectum est, in cōgregatione illustrissimorum dominorum Cardinalium, qui Romæ deputati sunt ad ea dubia explicanda, quæ circa cōcilij Tridentini decreta excitarentur, de communi eorum sententia constitutum esse, non fore concedendas licentias eundi, & permanendi in literarum studio extra suas ecclesias ijs, qui post eiusdem concilij promulgationem curata beneficia obtinuerunt, nisi certis sub clausulis, ac conditionibus per dictos illustrissimos dominos declaratis: Archiepiscopus de Episcoporum concilio, & assensu decernit, ne huiusmodi licentiæ ab Ordinarijs

dinarijs concedantur, quousq; de illis
 clausulis apponēdis pro certo habeāt,
 formamq; inspiciant. Si quis autem
 eorum, qui, Tridentino concilio iam
 promulgato, curata beneficia conse-
 cuti sunt, ad vllum gradum in insigni
 aliqua Academia capessendum ad eō
 propinquus sit, vt ipsius duntaxat gra-
 dus capessendi, non quidem literatu-
 ræ acquirendæ gratia, videatur ab ec-
 clesia sua abesse velle, Episcopus om-
 nia rectè, vt par est, ponderando, hu-
 ius tantum rei causa, licentiam pote-
 rit, eamq; breui finiendam cōcedere.

¶ *De ijs, qui examine repul-
 sam tulerunt.*

Cap. 16.

Propterea quòd ij, qui ad benefi-
 cia aspirant, sine se se opponant
 ipsi, sine præsententur, accepta

SYNODI OLYSSI.

repulsa ad metropolitanum sæpe ap-
pellant, se ab examinadoribus repro-
bati iniquo ferētes animo, oprat hæc
Synodus, vt illustrissimus, & reueren-
dissimus dominus Archiepiscopus e-
iuscemodi appellationum expeditio-
ni ac determinationi, cū id com-
modè facere poterit, ipse interfit, ac
præsit: si modò Episcopum quoque
ipsum vnà cum suis examinadoribus,
vnde repulsi appellarunt, examini in-
terfuisse, & præfuisse constabit.

*¶ Quo pacto Priores, & Vicarij, aliq; Sa-
cerdotes in suis munijs obeundis sese
gerere debeant.*

Capit. 17.

CV M nuper aliquot ecclesiarū
Prioribus, perpetuisq; Vicarijs
is demum Coadiutoriū nū e-
rus, qui ad eorum laborem leuandū,

lacta

sacramentaq; parochianis exhibēda,
 diuinū deniq; cultū tractandū, iuxta
 Tridentini cōcily formā, satis esse vide
 retur, prudēter sanē fuerit cōcessus:
 attamen quia peropportuno hoc, sa-
 lutarīq; subsidio, illi ipsi, cū perspicuo
 æternæ salutis discrimine abutūtur:
 totumq; administrandæ rei Christia-
 næ munus à se penitus in communis
 officij, consortes reiciūt, simplicia sci-
 licet beneficia sese habere fallō putā-
 tes: propterea sacra Synodus tam exi-
 tiolo incōmodo occurrere, atq; cōsi-
 stere percipiēs, quæ sequūtur, diligē-
 ter ab illis sancteq; seruāda decernit.
 ¶ Provinciæ Episcopi eas diocesium
 suarū parochias, quibus administran-
 dis, ob earum magnitudinem, præter
 Priores, præcipuosq; Curatos, alij Sa-
 cerdotes aduēti, atq; appositū sunt, p
 se ipsos, aut Visitatores suos studeāt
 inter prædictos animarū Curatores

Sess. 24
 cap. 4o

SYNODI OLISSI.

sic per partes distinguere, atq; diuide-
 re, partitisq; officij muneribus præci-
 puam, & priuatam cuiq; partem præ-
 finire, ita deniq; rem totam modera-
 ri, vt vtrique ea, quæ suæ curationis
 erunt, quàm rectissimè agant, boniq;
 pastoris officio fungantur: oues de-
 mum sibi commissæ diuina Sacramen-
 torum pabula, ac subsidia promptio-
 ra habeant, & paratiora.

EA itaq; diuisione facta prædicto-
 rum quisq; eas oues, quæ in eius-
 modi partitione sibi obtigerint,
 peculiarem pro viribus pascendi cu-
 ram suscipiet. Prior tamen, & Vica-
 rius perpetuus (præterquam quòd as-
 signatam sibi partem in ijs omnibus
 quæ erunt sui iuris, accuratè admini-
 strabit) præterea in totam se paro-
 chiam vsq; adeo intendet, & præside-
 bit, vt in qualibet illius parte, si volet,

paro-

parochianorum curam gerere, & sacramenta eis possit impertire.

Eodem iure poterit, si eius voluntas tulerit, sibi ipsi cuiuslibet sacramentorum reseruare administrationem.

Si quem autem ex prædictis iusta occupatio, impedimentumq; præuenerit, ita ut eam, cui præfectus est, partem opportunè administrare non queat, unusquisq; aliorum similiter non impeditus exhibere tenebitur sacramenta illi parochiæ parti, cuius Præfectum, & Curatorem impeditum esse constabit.

Qvacunque in ecclesia sacrae Missæ pro populo generaliter, ex obligatione scripta, particulari, vel de iure communi, aut consuetudine celebrandæ sunt, ea scilicet inter Priores, & Coadiutores eorum, secundum earum numerum di-

SYNODI OLISSI.

videntur: & quas vnusquisq; dicere
tenebitur, eas diligenter, atq; studio-
se diebus, locis, horisq; consuetis e-
xoluat.

¶ Quotiescunque opus erit sacrosan-
ctam Eucharistiam cuiusdam in æde
sacra ministrari, eam nõ quidẽ Coad-
iutor vllus, sed Prior, Vicariũve per-
petuus, si modò præsens erit, neq; iu-
sta occupatione implicatus, ipse om-
nino ministrabit.

¶ Visitatores autem singulis annis co-
gnoscent, vtrũ in ecclesijs visitatio-
ni suæ subiectis hæc inuolatẽ seruẽ-
tur. Quem deinde horum aliquid ne-
glexisse, aut scientem omisisse depre-
henderit, ab eo, vel mulctando, vel
quacunq; alia ratione optimum esse
videbitur, pœnas expetent.

¶ Priores, Vicarij perpetui, & inferio-
res Curati clauẽ sancti Sacrarij (quã
clauim vnicam esse oportet) penes se

habebit

74

se ha

se habeant: eamq; vel impediti, vel etiam abesse coacti ijs tradent, qui Eucharistiam erunt administraturi. Ad eos item spectabit, necessitate exigente, opportunisq; temporibus renouare Sacramentum: eiusq; cellam, seu sacrarium ab omni labe ac sordibus diligentissimè vindicare: deniq; Corporalia, quibus Domini nostri Iesu Christi corpus sanctissimum inuoluitur, terfa mundaq; curent identidem proponenda.

¶ Priorum, & Vicariorum ad vitam erit, inter Missarum solennia cohortationem, vulgò Stationem dicunt, in tempore, & loco cōsuetis, lingua vernacula ad populum adhibere. Quod ipsum munus ipsi, etiam Coadiutoribus sacrificio Missæ vacantibus, arbitrari suo poterūt obire. Eandē partiter exhortationem facient adhibiti adiutores, quouis prædictorū diuinis operam

SYNODI OLYSSI.

operam dante mysterijs. Vbi autem beneficiatæ fuerint ecclesiæ, sacerdotesq; beneficiatos habentes, ad Priores, Parochosq; tantummodo pertinebit suprâ dictam ad Christianum populum erudiendum suscipere cohortationem, quouis alio rem diuinam faciente. Sed ratio tamen iusti impedimenti semper habenda est.

A Pud eas prouinciæ ecclesias, vbi aliqua de causa conciones diebus festis, dominicisq; haberi non possunt, proponantur populo non nullæ atque extent, quæ & perspicuitate niteant, & deuotionis, ac pietatis plurimum contineant, Lusitano sermone editæ Episcoporum arbitrio. Quas conciones Parochi per eosdem dies festos suprâ dictæ cohortationis tempore locoq; parochianis suis perlegant.

*Cōci. Tri.
Sefs. 24.
cap. 7.*

Do

¶ De doctrina pueris impertienda.

Cap. 18.

PRiores, & Rectores, & annui Curati teneras puerorum mentes tandiu Christianæ doctrinæ lacte nutriant, donec virtutis disciplina, bonis, & Christiano dignis moribus imbuantur, atq; informentur. Et quò faciliùs allequi id possint, omnibus diebus dominicis, festisq; vel alijs ad Episcoporum arbitrium constitutis, fidei rudimēta, Christianamq; doctrinam peruulgatis communibus libellis, vulgò Cartillas vocant, contentam, seu quālibet aliam ab eisdē Ordinarijs iam designatā, vel postmodū fortè designandā, parochiales pueros assiduè edocebunt. Huiusce autem laboris temporalem fructum non est, quòd expectent, si pro sustentatione sua numeratam centum nostratum aureorum

Cōci. Tri:
Ses. 24.
c. 4. de Re
form. ad
finem.

SYNODI OLYSSI.

aureorum portionem, aut certè eorū
 in fructibus æstimationem habeant,
 ultra oblationes eas, quæ vulgò Pes
 altaris nominantur. Sin autem eius-
 modi sumnam 100 videlicet aureo-
 rum ad vitam dictorum Sacerdotū
 sustentandā assignata portio nō esse
 cerit, Ordinarius de ipsis ecclesiarū
 fructibus, modò sint ampliores, dignā
 pro opera mercedem ijs decernen-
 dam, rēq; præstandam curabit.

*¶ De puerorum institutione, Seminarijs que
 erigendis. Cap. 19.*

Laudabilem, & sanctam puerorū
 educationem omnium votis ex-
 petendam Synodus sibi ante ocu-
 los proponens Tridentinīq; concilij
 decreto inherens sancit, vt Semina-
 ria ad eorum institutionem in ijs pro-
 vincia locis extruenda, vbi iam pridē
institu-

Sess. 23.
 Cap. 18.

Instituta esse oportuit, nec dum tamē
 propter nonnulla suborta impedimē
 ta sunt extracta, ea intra annum ab
 huius Synodi promulgatione institua
 tur. Neque id solūm in hac metropo
 litana, verum etiam in reliquis pro
 uinciæ urbibus cathedralibus præstan
 dum censet, atque ijs in locis, quæ
 ecclesiarum ministerio videbūtur es
 se accommodatiora: sicut eiusdem
 concilij Tridentini decreto sancitum
 est.

¶ Quod autem ad eorū attinet æta
 tem, qui in hæc Seminaria recipiēdi
 sunt, & item alia, quibus ipsi primūm
 examinandi erunt, hortatur Synodus
 omnes prouinciæ Ordinarios, vt hoc
 præclarum concilij Tridentini decre
 tum sanctissimē obseruent: eosq; pue
 ros admittant, qui quum minimum
 duodecim annos ætatis habeant, &
 ex legitimo matrimonio nati sint,
 legece,

SYNODI OLYSSI.

legere, & scribere competenter no-
uerint, & quorum indoles spem affe-
rat eos ecclesiasticis ministerijs perpe-
tuò inferuituros: optatq; vt ij sint, qui
celerioris ad ordines promoueri, & a-
lios ministros in ecclesiæ obsequio,
cultuq; adiuuare possint. Et quò bo-
na hæc educatio, atque institutio plu-
ribus communicetur, & pateat: sacra
Synodus statuit, vt in Seminariū co-
optatus nō amplius cum plurimum,
quàm septem annos ibi permaneat,
vt in Collegijs Academicarum fieri
solet.

¶ De concionibus habendis ad populum.

Capit. 20.

Onni cura, & diligentia Episco-
pi prouideant, vt Synodi Tri-
dentinæ seruetur decretum
de concionibus per parochias habē-
dis:

Sefs. 5. de
Reform.
ca. 11. 2. &
Sefs. 24.
cap. 4.

dis: qualitatatis tamen parochianorum,
 qui in illis continentur, & reddituum,
 qui e singulis ecclesijs prouenire so-
 lent, habita ratione. Quibus confide-
 ratis fiet, vt prudenter constituent,
 quonam tempore, quibus nam die-
 bus, vtrum videlicet toto anno, an
 certis eius temporibus hasce concio-
 nes in tenuioribus ecclesijs haberi cō-
 ueniat. Illud etiam ipsis curæ sit, quē
 madmodum idoneis concionatoribus
 iusta sui laboris merces constituatur,
 si quidem Priores, perpetuiq; Vicarij
 ad eiusmodi munus obeundum parū
 apti, aut legitimo detenti fuerint im-
 pedimento. Etenim si idonei habebū-
 tur, ipsis concionandi munus omni-
 nō erit exequendum.

¶ Si autem alicuius ecclesie fructus
 vniuersos is, qui in ea est Prior non
 percipiat, Ordinarij siue de fructibus
 E. eiudem

SYNODI OLYSSI.

eiufdem ecclefiæ exuberantibus, fiue de ftipe, vel collecta eorum, qui eiufmodi mercedem concionatoribus folent ex confuetudine præftare, id demum, quod ipsis æquum, & iuftum videbitur, ad concionatorum fuf-tentationem conftituant, & curent vt illis omnino conferatur.

¶ De beneficiatis concionatoribus.

Cap. 21.

CV M magni momenti fit Euangely prædicatio, dupliciq; honore digni exiftimentur, qui laborant in verbo, & doctrinâ: decernit facra Synodus, vt quicûque Beneficiati ex Epifcopi fui autoritate, & arbitrio, in fuis ecclefijs de diuinis rebus concionaturi erunt, dimidiato illo concionis die, tribusq; eam antecedentibus, non modo integros beneficiorum fuorum fructus, verû etiâ quotidianas

tidianas distributiones, & anniuersaria possint obtinere. Nihilominus tamē per id triduum, quod eis ad concionem præparandam, conficiendam ac memoriæ cōmendandā liberum cōceditur, in missa quam vocant Terie (ve moris est) semper intērerunt.

*[¶ De pœnitentijs ecclesiasticorum
præceptorum transgressorū
imponendis.*

C. 22.

PRIORES, & alij ad quos pertinet, cū dominicis diebus inter sanctissimum Missæ sacrificium docent populum, & certos quosdam, destinatosque dies, quibus abstinendum, quibus ve à seruli opere vacandum sit, indicunt: eumque vel de ieiunio fracto, vel de festis minime celebratis verbo arguūt caueant,

SYNODI OLYSSI.

ne quinquam publicè delicta sua fa-
 teri cogant, pecuniariamue multam
 petant, etiam sub specie fabricæ ec-
 clesiasticæ: leni potius sermone ad
 diuina instituant, atq; erudiant, ad de-
 testanda incitent, ac depioranda pec-
 cata, eorumq; maculas confessionis
 sacramento sepius eluendas: atque
 interim, numos aliquot, si velint, in
 capsulam ad eum vsum paratam, im-
 mittendos. Siquis autem (quod Deus
 prohibeat) publicè, & cum aliorum
 offensione deliquerit, publicè etiam
 in ecclesia eum coarguant, et pecu-
 niariam multam continuò impositã
 iubeat vel palam, vel post paulò clam
 in arculam conijcere. Transgressori
 tamen significant, debere cum Con-
 fessorio delicta suo tempore, secreta
 confessione patefacere, atque iniun-
 ctam sibi culpæ suæ pœnam libenti
 animo suscipere.

De ijs, qui propria loca in eccle-
sijs vsurpantur.

Cap. 23.

Q V I A multi mortales in tē-
plis vniuerso populo Chris-
tiano communibus peculia-
ria sibi loca vsurpant, vbi vel reclina-
torijs sellis ipsi sedeant, vel vxoribus,
& filiabus sedes quædam elegantior,
(vulgò Strattū dicta) statuatur, ea sæ-
pè magnitudine, vt alicuius taberna-
culi speciem præseferat: nonnullis
etiam libet templi pauimentum alijs
atque alijs sedibus certo in loco sibi
designatis ita impedire, vt supplica-
tionibus, quæ in eo fiunt, vix iter pa-
reat: ideo sacra Synodus sancit, vt ne-
mo posthac sellas modò dictas, Stra-
tum siue clausum, siue apertum in tē-
pla afferri iubeat: néve super maiorū
suorum sepulcra, seu aliàs, priuatum

SYNODI OLISSI.

sibi locum ad sedendum vendicet: sed
 contra, qui à primo principio quævis
 locū occupauerit, is demū commu-
 ni pro communi utatur: nisi ipse alre-
 ri nobiliori, aut familiari postea adue-
 nienti honoris gratia volēs concedat.
 Cuius tamen liberum erit aut digni-
 tatis, aut necessitatis causa, in templo
 sedilibus, scamnis, paruo strato, tape-
 ribusq; vti, ea lege vt, sacrificijs pera-
 ctis, domum reducantur, ne sacra,
 & communis domus occupata te-
 neatur.

¶ Hæc eadem in ecclesijs etiam re-
 gularium singuli prouinciæ Episcopi
 tanquam de legati à Sede Apostolica,
 Tridentini videlicet concilij grauissi-
 mam autoritatem secuti diligenter,
 sancteq; seruari præcipiant.

Sess. 25. c.
 8. ad finē.

¶ De ecclesiasticis liberis domi alioribus.

Capit. 24.

Ve

VT sacerdotum domus à periculo prohibeantur, & scandala, quoad fieri possit, extirpentur, ac funditus tollantur, sacra Synodus vniuersis, & singulis huius prouinciæ ecclesiasticis, cuiuscunq; sint conditionis præcipit, ne posthac liberos, quos iam sacrís initiati, vel ecclesiasticum aliquod beneficium adepti susceperint, domi apud se habeant, educant ve: sed intra tres menses ab huius decreti in ecclesijs Cathedralibus promulgatione, liberos ad hæc vsq; diem eiusmodi susceptos domo sua excludant: neque eos iterum, nisi Episcopo consulto, & iustis de causis permittente, domum suam recipiant. Qui autem huic decreto non paruerint, è carcere quinque annos soluent, & aliàs pro sui Ordina. ij arbitrio punientur.

SYNODI OLYSSI.

¶ De fœminis, quæ se publi-
cè verberant.

Capit. 25.

QUONIAM nonnullæ mu-
lieres sui sexus fragilitatis, &
honestatis immemores, per
plateas, et vicos, atque intra templa,
sua terga verberant, eaq; licet vultum
cooperiant, vestesq; mutant, incessu
tamen, & gestu (cum mulieres esse de-
prehendantur) plurimis tum obloquē-
di, tum ruinæ occasionem præbent,
& semetipsas multis periculis expo-
nunt, sacra Synodus sancit, ne posthac
in publicis supplicationibus, alijsve lo-
cis vnà cum viris, ab eisve separatæ
se se publicè flagellent. Eas tamen om-
nes in Domino hortatur vt domi suæ,
vel alio secretiori loco cum pruden-
tia, pudicitia, atque honestate fœmi-
nis debita, & rursus absque vilo suo
peri-

periculo, sine offensione aliorum, sine occasione ruinæ, qua decet moderatione & modestia, suum quæq; corpus affligant: arbitrio, ac teste solum Patre cœlesti, qui & videt in abscondito, & copiosam eis mercedem se redditurum esse pollicetur.

¶ De ijs, qui pernoctare solent in templis.

C. 26.

CV M homines, posthabita pietate, templum Dei, comestationibus, vanis cantilenis, scurrilibus, impudicisq; verbis, atque inhonestis choræis profanum facere pergant, sancit sacra Synodus, vt omnes prouinciæ Constitutiones, quæ ob detestabile id scelus extinguendum iam pridem latæ sunt, innouatæ rursus sanctissimè seruentur. Deinde omnibus, & singulis prouinciæ Prioribus,

E s bus,

SYNODI OLYSSI.

C6c. Tri.
Sefs. 25. in
decreto de
inuoca. ve
nera. et Re
liq. Sancto
rum.

bus, Curatis inferioribus, Aedituis,
tam maioribus, quàm minoribus The
saurarijs, cæteris denique quibus cu-
ra est ad um sacrarum, præcipit ne
profana isthæc in templis, oratorijs,
aut eorum cœmiterijs vilo modo fie
ri patiantur.

¶ At verò, quia longis experimentis
cognitum est, hisce pœnis adduci ho-
mines nunquam potuisse, vt hac in re
sibi temperarent, eadem Synodus
Prioribus, atq; alijs quorum ad mu-
nus hoc spectat, districtè præcipit, vt
singulis diebus ad eam circiter horã,
qua signo generaliter dato, in sacra-
tissimæ Virginis laudem Angelicã sa-
lutatio recitari solet, ecclesiæ fores
vel claudât ipsi, vel certè ab alijs clau-
dendas curent diligenter: neq; eas
aperiant nisi insequenti die sub id fe-
rè tempus, quo signum itidem ad
matutinum officium recitandum da-
ri con

si consuevit. Quæ quidē omnia quo
integre seruentur, præcipit sacra Sy
nodus in virtute sanctæ obedientiæ
tam feminis, quàm viris, vt hoc de
cretum obseruent, atque in pōsterum
ab ijs omnibus, quæ in eo damnan
tur, omnino sese abstineant: nec per
vllum anni tempus in ecclesijs perno
ctare, néve aliquid in eis turpe, lasci
uum, aut vanum agere quisquam eo
rum audeat.

¶ Hortatur etiam cunctos regulares
Prælatos, ad quos ea res præcipuè
pertinet, vt hæc eadem seruent ipsi,
et in suis ecclesijs curent inuiolato
seruanda.

¶ Patres verò, qui huic Synodo inter
sunt, huius nimirum p̄uinciæ Ordinarij,
in sua quisq; diœcesi, pro data sibi à sa
crofacta Tridētina Synodo potestate,
qua tãquã delegati Sedis Apostolicæ
fūgi possūt, ijdē illis regularib; edicāt,

Sess. 25. c. 8.
ad finē.

SYNODI OLYSSI.

ut hoc decreū semper tueantur, sat-
tū, & rectū ab omni incomodo, in-
tegrūq; conseruent.

¶ In sacra tamen Natiuitatis Domi-
ni vigilia, ac triduo hebdomadæ san-
ctæ, omni cum religione, & pietate
seruabitur consuetudo.

¶ Illis autem omnibus, quorum est à
vitiis illecebris, malæ consuetu-
dinis corruptela, impendentibusq; pe-
riculis sacra loca tueri, quàm dilige-
ntissimè prouidendum est, ut foeminae,
quæ sepulcri custodiendi gratia, vul-
tu cooperto in templis versari andēt,
illico facéllere, forasq; exire compel-
lantur. Ea quippe licentia cunētis fo-
minis in pōsterum præcisa, complu-
ra equidem, quæ ex istiusmodi
consuetudine visa sunt ma-
la proficisci, facilli-
mè præcaueri
poterunt.

¶ De fœminis, quæ se
prostituunt.

C. 27.

STATVIT sacra Synodus, vt
prouinciæ Episcopi per suos Vi-
sitatores, vel per ecclesiarum Pa-
rochos, omni cura prouideant, vt in
quaq; parochia fœminæ, quæ omni-
bus turcopiam faciunt, impuriq; vi-
tunt, in catalogo reponantur, nomi-
nibus proprijs, & cognominibus ea-
rum exptelsis: tum deinde ipsas cõ-
pellant dominicis, ac festis diebus sin-
gulis, ad ecclesias, vt alij Christi fi-
deles faciunt, similiter adire, ve bi-
diuini prædicationem, Missas, & sa-
lutiferas monitiones gratia audiendi:
per dies item Quadragesimæ cõfes-
sarijs vniuersa flagitia, & peccata sua
patefacere: non quidem vt absolutio-
nis beneficiũ propter impœnitēs cor
obti-

SYNODI OLYSST:

obtineant, sed ut scipias recognoscen-
tes, scelearumq; turpitudinem ac fœdi-
tatem intuentes ad pœnitentiam im-
pelli possint: Etenim eo loco doceri
eas, reprehendi, & excitari ad vitam
honestiorem amplectendam, agenda
pœnitentiam, & Christi gratiam pro-
merendam oportebit.

¶ Quod si ante oculos posita reme-
dia, subsidiaq; salutis accipere negle-
xerunt, acriter eas increpent, pœnis
impositis coerceant, & cogant cū ijs,
quę modò sunt definita, temporibus,
quomodo sacra Ecclesia iubet, rebus
diuinis interesse, tum etiam peccata
sacramentali confessione patefacere.
Istæ porrò fœminæ caueant, ne cum
meretricio ornatu, aut retortis cri-
nibus domo egressæ ad sacras ædes
accedant: quod ipsum aurea illa Chri-
stianorum ætate sanctimonia præ-
cellentes Apostoli detestati accuratè

prohibuerūt: sed potius capite velato propter Angelos, in locis, vbi sanctitudo vigere debet, ipsæ honesto habitu significant propriam se fragilitatē agnoscere, honestioremq; vitæ statum optare, & velle, teneti deniq; spe aliqua, fore vt in eum, Dei gratia, aliquādo perueniant.

De ijs, qui ad remotas ecclesias in collibus campisq; sitas cum scandalo peregrinantur.

Cap. 28.

CVM nonnullis è parochijs, pro causa alicuius voti communis, vel promissionis, ad ecclesias remotiore sitas loco sæpius peregrinationes fieri, atq; eis complura detrimenta afferri soleant, tum propter fornicationes alijs, atq; alijs de causis solas domi suæ relictas, tū q̄ peregre profecti, et eūdo, et redeūdo, in agris campisq; necessariò p̄noctāt, vbi cibo et p̄tioni indul-

S Y N O D I O L Y S S I .

indulgenti, deniq; humi promiscuè,
 temereq; iacentes noctis longitudi-
 nem canticis profanis, scurrilibus ver-
 bis, comestationibus, & interdū rixis,
 ac iurgijs, magno tui periculo, nec
 minima cum aliorū offensione cōte-
 runt: cūm, inquā, ex istusmodi con-
 uētib; non minima scētera, flagitiaq;
 existāt, sacra Synodus hortatur cun-
 ctos prouinciæ Ordinarios, vt in sua
 quisq; diœ. cēsi, de eiusmodi re, ac mo-
 rib; diligēter, penitusq; cognoscāt:
 istarū peregrinationū incōmoda, offē-
 siones, animarūq; pericula per eas im-
 portata, cū locorum pariter longin-
 quitate, secum reputādo, quoad eius
 fieri possit, huius generis vota, pro-
 missionesq; remittere, vel in alias cer-
 tē pegrinationes ad sacra loca vicino-
 ra, vbi talia detrimenta nō accipiant,
 aut in aliud etiā piū opus, (id q; ordi-
 natio iure poterūt) studeāt cōmutare.

De

¶ De congrua modulandiratione in quibusdam diuinis officijs cum cantu persoluendis.
Cap. 29.

VT Tridentino concilio prouincialis hæc Synodus omnibus in rebus, vt patet, & debet, obedientem se præbeat, sancit, vt in cunctis prouinciæ ecclesijs, Metropolitana videlicet, Cathedralibus, Collegiatis, atque beneficiatis minoribus, quò recta apud eas modulandi ratio in diuinis officijs teneatur, Passio Domini à sacris Euangelistis memoriæ, & terisq; mandata, Lamentationes, Lectiones, itemq; alia ad sanctæ hebdomadæ officium pertinentia, & Inuitatoria per annum totum usurpanda, Officium denique defunctorum, secundum correctionem ab Emmanuele Cardoso regio cantorum præfe-

SYNODI OLYSSI.


Et o adhibitam, nuperq; peruulgatam,
atque editam decantentur. Que qui-
dem omnia erunt ad vendendum ex-
posita.

Ego Georgius Archiepiscopus Olyf-
sipponentis statui de consilio, & cō-
sensu Reuerendissimorum domi-
norum Episcoporum Compro-
uincialium.

Gaspar Episcopus Leiriensis.

Andreas Episcopus Portualacrensis.

Hieronimus Episcopus Funchalēsis.



Index præcipuarum rerum, quæ in
hoc volumine continentur.

A

Absentia Curatorum à suis parochijs
quo modo, & per quæ notari, & mul-
ctari debeat. cap. 14. fol. 25. & sequē.

Absolutio trāsgressionis decreti, quo
prohibetur donatio, & acceptio pro Sa-
cramento pœnitentiæ, reseruatō Episcō.
cap. 6. fol. 16. ad finem.

B

Beneficiarij, & alij sacerdotes Ecclesiæ pro
tempore, quo comitantur, sanctissimam
Eucharistiam, cū ad infirmos defertur,
reputātur interessentes officijs diuinis.
cap. 2. fol. 11. ad finem, & seq.

Beneficiarij approbati ad confessiones pro
tempore quo eas audierint in ecclesijs,
vbi versari consueuerunt, nihil amittant,
nec de distributionibus, nec de anniuersarijs.
cap. fol. 17.

Beneficiarij quicunq; in proprijs ecclesijs
prædicantes quo fauore gaudeant. cap.
21. fol. 33.

C

Canonici etiam in dignitate cōstituti, & cæ-
teri beneficiarij ad confessiones approba

- ti, pro tempore quo eas audierint in ecclesia cathedrali seu collegiata, ubi versari solent, & quotidianas distributiones, & aniverfatia lucrantur. cap. 7. fol. 17.
- Capellæ apud pagos ab ecclesia parochiali distantes quomodo erigendæ ad sanctissimam Eucharistiam ægrotis ministrandam. capit. 3. fol. 12.
- Capellæ à pagis procul disiunctæ quo modo transferri debeant. cap. fol. 12.
- Casus est ordinario reservatus muneris pro sacramento pœnitentiæ acceptio, vel donatio. cap. 6. fol. 16. ad finem.
- Chartæ quæ vocantur ordinum, quid continere debeant. cap. 8. fol. 17. ad finem.
- Clavis sacrarij penes Rectores ecclesiæ, & vna esse debet. ca. 17. fol. 29. p. B. & seq.
- Clausura, victus, famuli, & numerus Monialium quales esse debeant. c. 13. fo. 24. & seq.
- Clerici quo modo residere, & suis ordinibus fungi debeant in ecclesijs, quibus adscripti fuerint. cap. 8. fol. 18. pag. 2.
- Clerici in minoribus ad altiores promoveri petentes quid probare debeant, & quo modo. cap. 8. fol. 19.
- Clerici in sacris, seu beneficiarij filios domi nec habeant, nec educent absq; Epis-

INDEX.

- copii licētia. cap. 24. fol. 35. ad finē, et seq.
 Coiutores Curatorum ad quæ teneantur.
 cap. 17. fol. 28. & sequen.
 Comestationes, cantilenæ vanæ, & choreæ
 in ecclesijs ne fiant, cap. 29. fol. 37.
 Concilium prouinciale quibus ex causis ha
 bendum, fol. 2 in prin. & eod. fo. pag. B.
 Conciones diebus festis quales à parochis
 populo proponendæ. cap. 18. fol. 30. B.
 Confessarij non theologi, nec iuris canoni
 ci periti quolibet biennio examen subire
 tenentur, cap. 5. fol. 15.
 Confessarij pro sacramento pœnitentiæ quo
 modo nihil exigere nec sponte oblatū ac
 cipere debeant. cap. 6. fol. 15.
 Cōfessarijs quo modo, & vnde subministra
 bitur merces, cap. 6. fol. 16. B.
 Confessio Fidei est necessaria ad salutem.
 fol. 2. ad finem.
 Coniugati non præcedentibus monitioni
 bus matrimoniū consummantes qua pœ
 na puniantur. cap. 11. fol. 21.
 Consuetudo pernoctandi in ecclesijs in vigi
 lia Natiuitatis Domini, ac triduo hebdo
 madæ Sanctæ cū religione & pietate ser
 uetur. cap. 26. fol. 38. B.
 Corporalia mūda semper habeat Curatus.

I N D E X.

cap. 17. fol. 30.

Curati habentes coadiutores ad quæ teneantur. cap. 17. fol. 28. B.

Curatus potest, Coadiutore inuito, referuare sibi administrationem cuiuslibet sacramentorum. cap. 17. fol. 29. A.

D

Decretum de cōfessarijs, quibus stipendiū pro confessionibus interdicitur, quater quolibet anno publicetur. cap. 6. fol. 19. ad finem.

Denunciations quo modo faciendæ post matrimonium absq; illis ex causa contractum. cap. 11. fol. 21. B.

Denunciations volentium contrahere matrimonium vbi, quo modo, & quibus præcedentibus fieri debeant. cap. 12. fo. 22. & sequentibus.

Distributiones quotidianas & anniuersaria quo modo lucrentur Beneficarij in proprijs ecclesijs prædicantes. ca. 21. fol. 33.

Diuisio parochiarum, ac munerum incumbentium qualiter sit faciendæ inter Rectores & eorum Coadiutores. cap. 17. fol. 28.

Doctrina puerorum qualiter à parochis faciendæ. cap. 18. fol. 31.

I N D E X.

E

- Ecclesia nec comessationibus, nec vanis cantilenis, & choreis profanari debet.** ca. 26. fol. 37.
- Ecclesia Romana est omnium mater, & magistra.** fol. 9. B. in principio.
- Episcopi providere debent ut in parochijs seruetur decretum de cõtionibus habendis.** cap. 20. fol. 32. ad finem, & seq.
- Episcopi provideant ut mulieres quæ suum corpus vulgo publicant, describantur, & ecclesiastica præcepta seruare cogantur.** cap. 27. fol. 39.
- Episcopi provideant ne ex voto communi parochianorum fiât peregrinationes ad ecclesias remotas.** cap. 28. fol. 40.
- Eucharistiæ sanctissimi sacramenti excellentia.** fol. 8. B.
- Eucharistiam cum ad infirmos defertur, sacerdotes ecclesiæ comitabuntur.** cap. 2. fol. 11.
- Eucharistiam iidem comitantes perinde habentur quasi choro inter sint.** ca. 2. fo. 12.
- Examen appellantis à repulsa beneficij curati quo modo fiet.** cap. 16. fol. 27.
- Excommunicatio ipso iure imponitur sponsis ante legitimum matrimonium corpo**

I N D E X.

racōmifcentibus. cap. 9. fol. 20. post prin.

F

Fides est fundamētum Christiani ædificij,
fine quo impossibile est placere Deo fo.

2. B.

Filij clericorum in facris, seu beneficiato-
rum in eorum domibus nec habeantur,
nec educentur absque Episcopi licētia.
cap. 24. fol. 35. ad finem, & seq.

Fores ecclesiæ quo tempore claudi, vel ape-
riri debeant. cap. 26. fol. 37. B.

Forma professionis Fidei. fol. 3. post prin-
cipiū, & seq.

I

Indulgētiarum potestas in ecclesia à Chri-
sto relicta. fol. 9. B.

Imagines Sanctorum venerandæ. fol. 9. in
princ.

L

Licentia erigendi, seu transferendi capellas,
seu oratoria, pro sanctissima Eucharistia
infirmis ministranda, fiat gratis. cap. 3.
ad finem. fol. 13.

Licentia quando concedenda, seu neganda
sit Curatis eundi ad studium literarum.
cap. 15. fol. 26. B.

Litteræ quæ chartæ ordinum vocantur quid
continere

I N D E X.

continere debeant, cap. 8. fol. 17. ad fin.
 Locus proprius ne vsurpetur in ecclesijs
 etiam regularibus. cap. 23. fol. 25.

M

Merces vnde subministranda Confessarijs
 ad id beneficium non habentibus. ca. 6.
 fol. 16. B.

Merces vnde constituetur prædicatoribus
 in ecclesijs parochialibus. cap. 20. fo. 33.

Ministri altaris quid agere debeant cū Præ-
 lato, Rege, seu alijs Magnatibus Missæ in-
 teressentibus, cap. 4. fol. 12. & seq.

Monialium numerus, victus clausura, & fa-
 muli. cap. 13. fol. 24. & seq.

Mulieres, pœnitentiæ causa, in publico se
 non verberent: sed in occulto corpus suū
 affligere monentur. cap. 15. fol. 36.

Mulieres, quæ sepulchri custodiendi gratia
 in templis versari audent, inde exire cō-
 pellantur. cap. 26. fol. 38. ad finem.

Mulieres in meretricia vita collocatæ in ca-
 talogum reponi, & ad obseruationem
 præceptorū Ecclesiæ cogi debent. cap.
 27. fol. 39.

O

Oratoria apud pagos ab ecclesia parochia-
 li distantes quo modo erigenda seu transfe-
 rēda,

I N D E X

- renda, ad sanctissimā Eucharistiam ægro-
tis ministrandam. cap. 3. fol. 12.
- Officia diuina modulanda iuxta correctio-
nem ab Emmanuele Cardoso adhibitā,
cap. 29. fol. 41.
- Papa est successor Petri, & Vicarius I E S V
Christi fol. 9. B.
- Parentes sponsorum permittentes eos ante
matrimonium cohabitare, quo modo pu-
niantur. cap. 9. fol. 20. post princ.
- Parochus, qui parochianum suum ante de-
nuntiationes, ex licentia, matrimonio
coniungit, quid deinde facere debeat.
cap. 11. fol. 21.
- Parochus quam diligentiam adhibere de-
beat ante denuntiationes volentium con-
trahere matrimonium. cap. 12. fol. 22.
- Parochi habentes Coadiutores ad quæ te-
neantur, & quid facere possint. cap. 27.
fol. 27.
- Parochi quibus diebus, & qua ratione pue-
ros rudimenta fidei docebunt. cap. 18.
fol. 31.
- Parocho pueros in fide erudienti quan-
do, & vnde merces sit assignanda. cap.
18. fol. 31.

I N D E X.

- Parochus inter Missarum solennia quo modo se habebit cum parochianis præcepta ecclesiæ transgrediētibus. cap. 22. fol. 34.
- Parochus quomodo se habere debeat erga sceminas, quæ sui corporis copiam facere insuescunt. cap. 27. fol. 39.
- Pœnitens pro sacramēto pœnitentiæ nihil omnino det, nec offerat Cōfessario, loco & tēpore cōfessiōis. cap. 6. fol. 16. in prin.
- Pœnitentia quomodo sit per parochos imponenda parochianis, pro transgressiōibus præceptorum ecclesiæ. ca. 22. fol. 34.
- Præcepta ecclesiæ transgressi moneantur, ut sacramentali cōfessione delictum patefaciant. cap. 22. fol. 34. B.
- Prædicationes qualiter in parochialibus ecclesijs sint habendæ, & mercedes pro illis cōstituendæ. cap. 20. fol. 32. ad fin, & seq.
- Promotor quomodo procedere debeat aduersus desponsatos, qui secundò spōsalia celebrantes carnaliter coniūguntur. cap. 9. fol. B.
- Prouisor diœcesis habeat libellum, in quo sint conscripti omnes, qui ad ordines promouentur, & eos cogat suis deseruire ecclesijs. cap. 8. fol. 18. ad finem.
- Publicatio decreti, quo prohibetur stipendium

I N D E X.

etiam est casus reseruatius Ordinario. cap.
6. fol. 16. ad finem.

V

Vestes sacræ in necessariorum ædes à sacer-
dote primum celebraturo ne deportentur
cap. 4. fol. 14. B.

Visitatores inquirant super violatione de-
creti, quo prohibetur aliquid donari, seu
recipi pro confessionibus. cap. 6. fol. 17.
in principium.

Visitatori est reddenda ratio punctorum, qui
bus Curati absentes notantur. cap. 14.
fol. 26.

Visitor cognoscat quomodo Curati, & co-
rum Coadiutores suo muneri in parochia
diuisa satisfaciant. cap. 17. fol. 29. B.

Vota communia eundem ad ecclesias remo-
tas quare, & quo modo commutari de-
beant. cap. 28. fol. 40.

EXCVDEBAT ANTONIVS


Alvarez Typographus anno
post Christum natum,

1589.


RES.

1529P











27

26 may 24

27 may 24

27 may

27 may

26 57

27 may 24

et dicitur opus qui se inquit est bene
ratione. Ne hominem compulsi ad bonum
appetant atque sint et confessione quae
proprie in se habent suam nullam plenam
rationem esse. Inquit non manet
Insuper hoc aut non placet. Ne est
et putes. Non obstant quodammodo. Est
proponi. Inquit. In se. Inquit. In se. In se.
Ad. Rationem. In se. In se. In se. In se.
et. In se. In se. In se. In se. In se.
In se. In se. In se. In se. In se. In se.

